

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова

64. *Rutilius.*


*(Ediz. di P. Budmanno
v. 2. Poet. Latin. v. 1. m. 1.
Lond. 1731. in 4. f.
reputa. edita.)*

*Simile per hoc (Willelmus)
di. of. Poet. quod de
Tadpouin, unta, di,
suo, viaggio*

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Al Dott. S. B. Tognaccini
Can.^{co} di S. Lorenzo.
anno 1774

RUTILII ITINERARIUM



AMSTELÆDAMI,
Apud JOANNEM WOLTERS A^o1687.

CL. RUTILII *№2*
NUMATIANI GALLI
ITINERARIUM,

integris

SIMLERI, CASTALIONIS,
PITHOEI, SITZMANNI,
BARTHII, GRAEVII,

aliorumque Animadversionibus illustratum.

Ex Museo

TH. J. ab ALMELOVEEN.



AMSTELÆDAMI,

Apud JOANNEM WOLTERS,
c1o 1o cLXXXVII.

Amsterae, Joann. Wolters. an. 1770



VIRO CLARISSIMO

JACOBO TOLLIO

M. D. IN ELECTORALI CLIVORUM ACADEMIA TEUTOBURGICA HISTOR. ELOQUENTIÆ ET GR. LINGUÆ PROFESSORI.

S. D.

TH. J. ab ALMELOVEEN.



Ogitanti sæpenumero, memoriaque vetera, quæ innumera in me collocasti beneficia, repetenti, Eruditissime Tolli, visus mihi sum paulo negligentior, siquidem,

* 3

Tibi,

38 64
1.

K

L

DEDICATIO.

Tibi, cui studiorum primitias obtulisse par fuerat atque æquum, jam demum gratæ mentis meæ exhibeo ^{ver. p. 112. 101.} quod jure merito ægre, si velis, possis ferre. Sed si eam procrastinationis humisce causam, quam profero, admiseris, nullus dubito, quin culpam mihi facilè sis condonaturus. Non est, Vir Celeberrime, beneficiorum voluntaria oblivio, neque turpis negligentia, incuriave: verùm si ingenuè dicere liceat, pudor, pene dixeram metus non temerarius, offerendi Tibi ea, quæ neque judicio maturiore congesta, aut stilo tersiore, perfectioreve forent expolita. Novi quippe acutum Tuum limatumque judicium, subeunt celeberrimè quæ de sublimi genere dicendi è Cicerone, Quintiliano, Dionysio Halicarnassensi, ac præcipuè ex Longini aureo ^{ver. p. 112. 101.}

li-

DEDICATIO.

libello, quem plurimi notis Tuis illustratum desiderant, jam pridem inculcasti. Scio, qui exquisitius, (ut olim de Hortensio Tullius) quam vulgus hominum studuisti literis, quibus fons perfectæ eloquentiæ continetur, uti declarat, totidem, quot dixisti, de *fontibus eloquentiæ*, impressa verbis oratio; qua apud multos meruisti inter paucissimos orbæ eloquentiæ relictos tutores haberi; Scio, inquam, quam exactè perpendas omnia, comparesque cum novissimis prima. Expertus sum, quam tersæ Tibi ac religiosæ sint aures, quamque accuratè etiam singula pene verba, epithetaque, quibus perfectæ eloquentiæ imaginem quærere soles, pensites & examines. Quæ quum mecum considero, quid mirum, si tam diu inscriptionem

* 4

libel-

DEDICATIO.

libelli distulerim, procrastinarim-
 ve. Quid? si vel ipsa materia,
 aut tempus opportunius me non
 impulisset, vereor ne diutius fuif-
 sem tergiversatus, quamquam ipse
 non tantum me, sed & amici
 quoque hanc tarditatem meam
 accusent, atque mirentur. Ve-
 rum satisfecisse me putabo, &
 quidquid promeruero diluisse, si
 pro solita Tua erga me benevo-
 lentia hunc ingenioli mei foetum,
 in sinum Tuum recipere, fove-
 reque dignatus fueris: & si quid
 fortè à me peccatum, aut si quis
 commissus error, molliore inter-
 pretatione lenire atque emenda-
 re in animum induxeris. Certè,
 si non res ipsa, amor saltem meus,
 studiumque Tui colendi id à Te
 beneficii impetrarit, qui scis mi-
 hi id unum penitus hærere in
 animo defixum, indigere me Tuo
 sæpe

DEDICATIO.

sæpe consilio: adeoque mihi non-
 nunquam repetendum quod olim
 Augustus Athenodoro respondit
 ὅτι σὺ χεῖρα τοῦ καλοῦ παιδαγωγῆσαι. Quod
 autem Rutilii itinerarium Tuo
 nunc nomini potissimum inscri-
 pserim, Tuum quod suscepisti,
 iter fecit; ut ita, si fieri posset,
 à Te itineris Tui descriptionem
 elicerem; quum ipso hujus ele-
 gantissimi Poëtæ exemplo ea Ti-
 bi ob oculos versaretur voluptas,
 quam id genus argumentum le-
 ctoribus aut amicis suppeditat.
 Soles autem perquam facilis esse:
 & si quis alius, minimè Tua-
 rum elegantiarum invidus. Da
 igitur, quod à Te petimus, &
 accipe quod damus, tenue hoc
 quidem & levidense, verum
 solo dantis amore æstimandum,
 qui Tibi uti cognitissimus, ita
 semper esse gratissimus solebat. Id

DEDICATIO.
si impetraro, ut & hic Rutilium
meum adhibeam,

*Obruerim citius scelerata oblivis
solem,
Quam Tuus ex nostro corde re-
cedat honos.*

Vale.

Dabam Trajecti ad Rhenum. a. d.
xv. Kal. Mart. cld Id cLxxxvii.



TH.

TH. J. ab ALMELOVEEN

Lectori Benivolo.

S. D.

 Legantissimum CL. Rutilii
itinerarium capite quan-
quam & cauda detrunca-
tum, cum totiens aut emen-
dari aut illustrari ab eruditionis pracla-
ra antistitibus observarem, B. L. sci-
remque inter varias editiones nonnul-
las celeberrimorum virorum commen-
tariis esse adornatas, summum quod
potui, adhibui studium, ut tandem
vel semel quid esset praestitum perspice-
rem: cujus gaudii quum nunquam
me viderem, nisi illa commentaria con-
iunctim essent edita, fore participem;
subrepsit edendorum horum omnium
amor, qui quotidie ita me urfit ut
quemvis pene super illo autore consule-
* 6 rem

AD LECTOREM
rem, quo desiderio demum meo posset
fieri satis. Offendi itaque rarissimum
& comparatu difficillimum J. Casta-
lionis exemplar apud virum praclarissi-
mum J. G. Graevium, qui publici com-
modi causa familiarissime illud usui no-
stro concessit, suasque animadversiones
accuratissimas adjecit. Cetera suppedi-
tarunt amici conjunctiores. Qua vero
apud alios leguntur emendationes illu-
strationesque singulari diligentia, ne
quid deesset opusculo, collegimus, no-
straque, si qua sint, observata subjun-
ximus, qua haud ingrata fore lectori-
bus auguramur.

Testi-

Testimonia & Elogia

De

CL. RUTILIO.

DE RUTILIO

EX LIBRIS LILII GRE-
GORII GIRALDI DE
POETIS.



Idi & ego opusculum elego carmine
compositum Rutili Claudii Numa-
tiani Galli, ad Venerium Rufum
Hodoepericon, non indignum ut le-
gatur. Sunt enim in eo quaedam cog-
nitione non indigna, seu Historiam,
seu elegantiam petas, ut est illud de Stilichone,
quod parum ex aliis notum est, qui cum contra
generum Honorium res novas moliretur, Romae
Sibyllinos versus cremavit. Hi sunt Rutilii ver-
sus.

Quo magis est facinus diri Stilichonis acerbum,
Proditor arcani qui fuit imperii.
Romano generi dum nascitur esse superstes,
Crudelis summis miscuit ima furor.

Tum paulo post;

*Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,
Et Captiva prius quam caperetur erat.
Nec tantum Gethicus grassatus proditor armis
Ante Sibyllina fata cremavit opis.
Odimus Althæam consumi funere torris,
Nisæum crimen flere putantur aves,
Et Stilicho æterni fatalia pignora regni,
Et plenas voluit præcipitare colus.*

Quibus & aliis Carminibus conijcere possumus eum non multum abfuisse ab Honorii, & Arcadii Imp. temporibus. Fuit autem ipse Rutilius ut cum ex ejus poemate, tum ex inscriptione ipsius apparet, Gallus natione, vir consularis, urbis Præfectus, Tribunus militum, & præfectus prætorio. Imperfectus ipsius itineris alter libellus est. Ultra Lunam enim urbem, quæ à me visa sunt exemplaria non procedunt.

De eodem Honuphrii Panvini.

DE Rutilio Numatiano Poëta non inelegante, immo pro temporum conditione erudito, haud sane multa habeo quæ dicam, cum nemo neque qui ex antiquis, neque qui ex recentioribus de Poëtis Latinis scripserunt, ne verbum quidem de illo faciant, quadam quæ ex ejusdem duobus itinerariis, de quibus nunc dicere institui, quantum ad ejus vitam attinet excipiam. Ipse natus est in Galliis quod & index libri, & hi versus Itinerarii primi indicant, in quibus de se ipso loquitur:

*At mea dilecti fortuna revellitur oris,
Indigenamque suam Gallica rura vocant.*

Cum autem per ea tempora Civitatis Romanæ privilegia per totum Romanum orbem sese exten-

tenderent, cui diu antea jus civium Romanorum ab Imperatoribus datum fuerat, ut his versibus docer:

*Religiosa patet peregrina curia laudi,
Nec putat externos quos decet esse suos.*

Ipse omnibus ferè dignitatibus ab Imperatore Honorio Augusto, sub quo vixit, exornatus fuit, Patrem quoque habuit qui Tusciæ consularem egit. Ita enim, qui ei provinciæ præfidebat, appellabatur, quod ipse his versibus, ubi de Pisarum urbe loquitur, sic refert;

*Elide de ductas suscepit Etruria Pisas.
Nominis indicio testificata genus,
Hic oblata mihi sancti genitoris imago
Pisani proprio, quam posuere foro.
Laudibus amissi cogor lacrimare parentis
Fluxerunt madidis gaudia mæsta genis.
Namque pater quondam Tyrrhenis præfuit arvis,
Fascibus & senis credita jura dedit.*

Ipse etiam ut ex libri ejus præscriptione liquet, Tribunus militum, Consul (suffectum intelligas) Præfectus Prætorio & urbi fuit. De anno vero in quo urbis præfecturam administravit, qui fuit condita ∞ CLXX . Christi vero CDXVII . Honorio Augusto XI . & $\text{Fl. Constantio V. C. II}$. Coss. sic mentionem facit;

*Quamvis sedecies denis, & mille peractis
Annus præterea jam tibi nonus eat.*

Successorem in Præfectura urbana habuit Venerium Rufium, ad quem hunc duorum itinerariorum librum conscripsit, ut ipse indicat his versibus;

*Lætior hic nostras crebrescit fama per aures,
Consilium Romam penè redire fuit.*

Hic

*Hic præfecturam sacra cogno scimus urbis
Delatam meritis dulcis amice tuis.
Optarem verum complecti carmine nomen,
Sed quosdam refugit regula dura pedes.
Cognomen versu Veneris carissime Ruffi:
Illo te dudum pagina nostra canit.*

Quo tempore Stilichonis perfidiâ Imperium Occidentale à Barbaris, & præcipuè Italia à Gothis, & Gallia à Francis, & Burgundionibus vexabatur, quos ipse evocaverat, cum insidias Imp. Honorio Augusto astrueret, filioque suo Eucherio imperium comparare studeret, quod his versibus elegantissimè Rutilius deplorat, ubi de Apennino loquitur;


*Jam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitoque habui Roma furura Deos.
Quo magis est facinus divi Stilichonis acerbum,
Proditor arcani qui fuit Imperii.
Romano generi dum nixitur esse superstes,
Cruclis summis miscuit ima furor:
Dumque timet quidquid se fecerat ipse timeri,
Immisit Latia barbara tela neci.
Visceribus nudis armatum condidit Hostem,
Illata cladis liberos dolo.
Ipsa setellitibus pellitis Roma patebat,
Et captiva prius, quam caperetur, erat.
Nec tantum Getibus grassatus proditor armis,
Ante Sibyllina fata cremavit opis.*

Hic cum post expletum præfecturæ tempus ex urbe in Galliam ad avitos agros reverteretur, & exinde Romam rediret, multorum Veterum, ut Julii Cæsaris, qui Hispaniense, Trajani Imper. qui Dacicum, Alexandri Severi Augusti, qui Persicum, Horatii Poëtæ, qui Brundisium, Ovidii, qui Milesium, Firmiani qui Africanum itinera scripserunt, itineraria & ipse duo composuit, alterum de itinere ex urbe in Galliam, alterum vero de reditu ex Gal.

Gallia Romam, quos idcirco sic apposui, quod præter multa loca scitu digna, quæ in utrisque itineribus accuratè, & egegrè descripsit, urbem quoque Romam, quam hoc libro illustrandam & ego suscepi, itinere primo, ita scitè, ornate, elaboratè, verè & prudenter elegantissimo eruditissimoque encomio celebravit, ut nihil ab horum temporum scriptore elaboratius, & ornatus fieri posse existimem, incipit autem:

*Exaudi Regina tui pulcherrima mundi
Inter sidereos Roma recepta polos.*

Porro autem ex his duobus itinerariis prius perfectum est. Posterioris finis desideratur. Liber admodum elegans, quamquam parvus, certè ob variarum rerum cognitionem, quibus refertus est, dignus admodum mihi videtur esse, ut in hominum manibus assiduâ lætione versetur, indignusque quod tamdiu in tenebris delituerit. Nam etsi multis annis antea semel excusus fuerit, paulatim tamen omnis ejus memoria oblivioni ita tradita erat perinde ac si numquam fuisset; cum autem & multis librariorum vitio obortis erroribus sublatis, emendatum, & aliquot versibus, qui in vulgato deerant locupletatum Gabrielis Faëni viri optimi & doctissimi, Poëtarumque omnium nostro sæculo celeberrimi operâ denuò in lucem dare decrevi, non tam ipsius Numatiani immortalitati, quam antiquitati, studioforum utilitati, & commodis consulturus.



Vossius de Histor. Latin.

L. 2. C. 15.



D hæc etiam tempora pertinet CLAUDIUS RUTILIUS, sive Rutilius Claudius Numatianus Galus, qui ἰδιτορεῖον sive Itinerarium scripsit libris duobus. Sed posterioris libri pars melior deperit. Fuit vir consularis, præfectorius Urbis, tribunus militum, & prætorio præfectus. Dignitatum earum meminit ipse his verbis:

Si non displicui, regerem cum FURA

Quirini,

Si colui Sanctos, CONSULUIQUE

patres:

(Nam quod nulla meum strinxerunt crimina ferrum,

Non sit PRÆFECTI gloria sed populi.)

Sive

*sive datur, &c. Et post multa;
Officii regerem cum regia tecta magister,
Armigerasque pii principis excubias.*

Dedicavit poema suum Venerio Rufio. Quia vero carmen heroicum respuit Venerii nomen, ut in quo tres primæ sint correptæ: eo maluit hoc pacto ejus indicium facere

Optarem verum completi carmine nomen,

Sed quosdam refugit regula dura pedes.

Cognomen versu VENERI carissime RUFII,

Illo te dudum pagina nostra canit.

Ubi Veneri & vocandi casus esse potest à recto Venerius, ut Virgili est à Virgilius, & dandi casus à recto Venus, ut Rufius divæ Veneri carissimus dicatur. Perperam autem, qui Rufus est, à quibusdam Rufus vocatur: quod allatus versus indicat, atque item iste.

Rufius Albin gloria viva patris.

Cujas

Cujas ille Rufius fuerit, & quos gef-
ferit honores, ostendunt ea, quæ Rutilius
continuò subjungit. Scriptum est hoc
poëma post cædem Stiliconis, ac Ro-
mam ab Alarico Gotho captam. Quod
fatis ex posterioris libri reliquiis cogno-
fcitur. In eo carmine situm locorum at-
tentiùs consideranti versus quosdam lo-
co suo trajectos esse, non erit obscurum.
Carmen est elegans, etiam supra ætatem,
qua Poëta vixit. Sed in quo, jure opti-
mo, culpes iniquum, ac plane virulentum
animum tum erga Christianos, im-
primis monachos Caprariæ, & Gorgo-
niæ insulæ: tum Judæos, quorum Sab-
batha homini, in pietatis ac religionis
negotio, plane cæco, videntur esse

— *lassati mollis imago Dei.*

Idem

Idem lib. III. P. IV. cap. 2.

Eiusdem temporis Poëtis ac simul
iis, qui describerent terrarum si-
rum, meruit accenseri RUTI-
LIUS CLAUDIUS NUMA-
TIANUS (nisi malis Munatianus)
Gallus, vir summa dignitate: quippe
consularis, præfectorius Urbis, tribu-
nus militum, & præfectus prætorio.
Anno Romæ conditæ c^o c^{lxxix} præ-
fecturam urbis administravit, ut indi-
cat ipse, his versibus Romam com-
pellans:

*Quamvis sedecies denis & mille pe-
ractis
Annus præterea jam tibi nonus
eat.*

Is annus est Christi CCCCXVII. quo
Honorius Aug. XI. & Fl. Constanti-
us V. C. II. Coss. fuere. Hic de suo
itinere carmine elegiaco panxit libros
II. ad Venerium Rufium (Al. Rufinum
sed perperam). Vulgo opus hoc *Itine-
rarium* appellant: at fortasse auctor po-
tius *de reditu* inscripserat, Sua ætate eum
in

in Cœnobio quodam ad Bobium, Italiae oppidum, inventum esse, ait Volaterranus. Vidit etiam Jovianus Pontanus qui & hosce versus laudat ex initio Lib. II.

Intervalla via fessis prestare videntur,

Qui notat inscriptus millia multa lapidis.

Semel duntaxat ante excusum, denudò, sed à Gabriele Faërno emendatum edidit, suisque Reip. Romanae Commentariis inseruit Onuphrius Panvinus. Hinc cum variantibus lectionibus, quibus loca quaedam emendarentur Antonini Itinerario in Basileensi editione addidit Josias Simlerus an. 1575. Postea Romæ castigatio prodiit operâ Josephi Castalionis. Poëta est disertus ac argutus, & pro ea ætate valde elegans, ac venustus: sed male sentiens de Judæis, ac Christianis, monachis imprimis. Quid mirum in homine gentili?

Vossius

Vossius de Poëtis Latinis

cap. IV.

Honorii jam ætate, post Stiliconis cædem & Romam ab Alaricho captam, quod fuit anno Chr. CCCX. fuit Rutilius Claudius Numatianus Gallus, cujus habemus Itinerarium carmine eleganter perscriptum, sed odium spirans religionis Judaicæ ac Christianæ. Observat vero Pithœus *ex ordine navigationis, & itinere, videri quædam in eo confusa ac transposita.* Plura de eo lib. II. de Histor. Latin. C. XV.



Barth.


Sed & ipsamet urbs cum suo Genio inter cœlesta numina dedicata erat. Cujus cultus & pictura à viris doctissimis dudum enarrati sunt, & versibus illustravit Claudianus. Rutilium Numatianum ea in re discipulum habens qui ad verbum ejus carmina Heroica Elegis non in venustis descripsit.

Advers. l. 15. c. 22.

Sic venustus cultusque ultimi ævi Poëta Rutilius in laudibus Messalæ tum celebris, quas non sine recordatione lectæ hujus Elegiæ scripsisse videtur.

CLAU-





CLAUDII RUTILII

NUMATIANI GALLI, V.C.

Præfeti Urbis, Tribuni militum, Præfeti Prætorio,

LIBER PRIMUS]

Ad Venerium Rufium.

* * * *



ELOCEM potius reditum mirabere, lector,
Tam citò Romuleis posse carere bonis.

Quid longum toto Romam venerantibus ævo?

Nil unquam longum est, quod sine fine placet.
O quantum, & quoties, possem numerare beatos, 5
Nasci felici qui meruere solo.

Qui Romanorum procerum generosa propago
Ingenitum cumulant urbis honore decus.

Semina virtutum demissa, & tradita cælo,

Non potuere aliis dignius esse locis, 10

Felices etiam, qui proxima munera primis

Sortiti, Latias obtinuerunt domos.

Religiosa patet peregrinæ curia laudi,

Nec putat externos, quos decet esse suos.

Ordinis imperio, collegarumque fruuntur, 15

Et partem genii, quem venerantur, habent.

Quale per aetheros mundani verticis axes

Connubium summi credimus esse Dei.

At mea dilectis fortuna revellitur oris,

A

102

ITINERARIUM

Indigenamque suum Gallica rura vocant. 20
 Illa quidem longis nimium deformia bellis:
 Sed quam grata minus, tam miseranda magis.
 Securos leuius crimen contemnere cives,
 Privatam repetunt publica damna fidem. 25
 Præfentes lacrymas tectis debemus avitis,
 Prodest admonitus sæpe dolore labor.
 Nec fas ulterius longas nescire ruinas,
 Quas mora suspensæ multiplicavit opis.
 Jam tempus laceris post longa incendia fundis
 Vel pastorales adificare casas. 30
 Ipsi quin etiam fontes si mittere vocem,
 Ipsaque si possent arbuta nostra loqui,
 Cessantem iustis poterant urgere querelis,
 Et desiderijs addere vela meis.
 Jamjam laxatus caræ complexibus urbis 35
 Vincimur, & serum vix toleramus iter.
 Electum pelagus, quoniam terrena viarum
 Plana madent fluuijs, cautibus alta rigent.
 Postquam Tuscus ager, postquamque Aurelius
 agger
 Perpellus Geticas ense vel igne manus, 40
 Non silvas domibus, non flumina ponte coërcet,
 Incerto fatius credere vela mari.
 Crebra relinquendis infigimus ofcula portis,
 Inviti superant limina sacra pedes.
 Oramus veniam lacrymis, & laude litamus, 45
 In quantum stetus currere verba sinit.
 Exaudi regina tui pulcherrima mundi
 Inter sidereos Roma recepta polos.
 Exaudi genitrix hominum, genitrixque Deo-
 rum:
 Non procul à cælo per tua templa sumus. 50
 Te canimus, semperque sinent dum fata, canemus,
 Sospes nemo potest immemor esse tui.
 Obruerint citius scelerata oblivia solem,
 Quam tuus ex nostro corde recedat honos,
 Nam Solis radijs æqualia munera tendis, 55
 Quæ circumfusus fluctuat Oceanus.

Vo-

RUTILII.

3

Volvitur ipse tibi, qui continet omnia, Phœbus,
 Eque tuis ortos, in tua condit, equos.
 Te non flammigeris Libyæ tardavit arenis,
 Non armata suo reppulit Vrsæ gelu. 60
 Quantum vitalis natura tetendit in axes,
 Tantum virtuti pervia terra tuæ.
 Fecisti patriam diversis gentibus unam,
 Profuit injustis te dominante capi:
 Dumque offers victis proprii consortia iuris 65
 Urbem fecisti, quod prius orbis erat.
 Auctorem generis Venerem, Matremque fatemur
 Aeneadam matrem, Romulidumque patrem.
 Mitigat armatas victrix clementia vires.
 Convenit in mores nomen utrumque tuos. 70
 Hinc tibi certandi bona, parcendique voluptas:
 Quos timuit, superat: quos superavit, amat.
 Inventrix oleæ colitur, vini que repertor,
 Et qui primus humo pressit aratra puer.
 Aras Pæoniam meruit medicina per artem, 75
 Factus & Alcides nobilitate Deus. *V. in fine.*
 Tu quoque legiferis mundum complexa trium-
 phis,
 Fœdere communi vivere cuncta facis.
 Te Dea, te celebrat Romanus ubique recessus,
 Pacificoque gerit libera colla iugo. 80
 Omnia perpetuos quæ servant sidera motus,
 Nullum viderunt pulchrius imperium.
 Quid simile? Assyrijs connectere contigit arma,
 Medi finitimos cum domuere suos,
 Magni Parthorum reges, Macetumque Tyranni, 85
 Mutua per varias iura dedere vices.
 Nec tibi nascenti plures animæque manusque,
 Sed plus consilii, iudicii que fuit.
 Iustis bellorum causis, nec pace superba,
 Nobilis ad summam gloria venit opes. 90
 Quod regnas, minus est, quam quod regnare
 mereris,
 Excedis factis grandia fata tuis.
 Percensere labor densis decora alta trophæis,

A 2

Ut

ITINERARIUM

Ut si quis stellas pernumerare velit,
 Confunduntque vagos delubra micantia visus: 95
 Ipsos crediderim sic habitare Deos.
 Quid loquar acris pendentes fornice rivos,
 Quà vix imbriferas tolleret Iris aquas?
 Hos potius dicas crevisse in sidera montes,
 Tale gigantum Græcia laudat opus. 100
 Intercepta tuis conduntur flumina muris,
 Consumunt totos celsa lavacra lacus.
 Nec minus, & propriis celebrantur roscida venis,
 Totaque nativo mœnia fonte sonant.
 Frigidus æstivas hinc temperat halitus auras, 105
 Innocuaque levat purior unda sitim.
 Nempe tibi subitus calidarum gurges aquarum
 Rupit Tarpeias hoste premente vias.
 Si foret æternus, casum fortasse putarem:
 Auxilio fluxit, qui rediturus erat. 110
 Quid loquar inclusas inter laquearia silvas?
 Vernula quæ vario carmine ludit avis.
 Vere tuo nunquam mulceri definit annus,
 Deliciasque tuas victa tuetur hyems.
 Erige crinales lauros, seniumque sacrati 115
 Verticis in virides Roma recinge comas.
 Aurea turritigero radiens diademata cono,
 Perpetuosque ignes aureus umbo vomat.
 Abcondat tristem deleta iniuria casum,
 Contemptus solidet vulnera clausa dolor. 120
 Adversis solemne tuis sperare secunda:
 Exemplo cœli ditia damna subis.
 Atroquum flammæ renovant occasibus ortus,
 Lunam finire cinis ut incipiat.
 Victoris Breni non distulit Allia pœnam, 125
 Samnis servitio fœdera sava luit.
 Post multas Pyrrhum clades superata fugasti.
 Flevit successus Annibal ipse suos.
 Quæ mergi nequeunt, nixu majore resurgunt,
 Exiliuntque imis altius acta vadis. 130
 Utque novas vites fax inclinata resumit,
 Clarius ex humili sorte superna petis,

Pos.

RUTILII

Porrige victuras Romana in sæcula leges,
 Solaque fatales non verere colus.
 Quamvis sedecies denis, & mille peractis, 135
 Annus præterea jam tibi nonus eat.
 Quæ restant nullis obnoxia tempora metis,
 Dum stabunt terræ, dum pòlus astra feret.
 Illud te reparat quod cætera regna resolvit,
 Ordo renascendi est crescere posse malis. 140
 Ergo age sacrilegæ tandem cadat hostia gentis,
 Submittant trepidi perfida colla Getæ.
 Ditia pacatæ dent vestigalia terræ,
 Impleat Augustos barbara præda sinus.
 Aeternum tibi Rhœnus aret, tibi Nilus inundet, 145
 Altricemque suam fertilis orbis alat.
 Quin & fecundas tibi conferat Africa messes,
 Sole suo dives, sed magis imbre tuo.
 Interea Latiis confurgant horrea sulcis,
 Pinguisque Hesperio necare prela fluant. 150
 Ipse triumphali redimitus arundine Tiberis,
 Romuleis famulas classibus aptet aquas.
 Atque opulenta tibi placidis commercia ripis
 Devehat hinc ruris, subvehat inde maris.
 Pande precor gemino placatum Castore pon-
 tum. 155
 Temperet æquoream dux Cytheræ viam.
 Si non displicui, regerem cum iura Quirini,
 Si colui sanctos, consuluique patres.
 Nam quod nulla meum strinxerunt crimina fer-
 rum,
 Non sit præfæcti gloria, sed populi. 160
 Sive datur patriis vitam componere terris,
 Sive oculis umquam restituere meis,
 Fortunatus agam, votoque beator omni,
 Semper digneris si meminisse mei.
 His dictis iter arripimus, comitantur amici: 165
 Non possum sicca dicere luce Vale.
 Jamque aliis Romam redeuntibus hæret eunti
 Rufus, Albini gloria viva patris,
 Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen,

A 3

Et

ITINERARIUM

Et reges Rutulos; teste Marone, refert. 170
 Hujus facundæ commissa palatia linguæ,
 Primævus meruit principis ore loqui.
 Rexerat antè puer populos pro consule Pœnos.
 Aequalis Tyrius terror, amorque fuit.
 Sedula promisit summos imitatio fauces, 175
 Si fas est meritis fidere, consul erit.
 Invitum tristis tandem remeare coëgi,
 Corpore diviso mens tamen una fuit.
 Tum demum ad naves, gradior, quæ fronte bicorni,
 Dividuus Tiberis dexteriora secat. 180
 Lævus inaccessis fluvius vitatur arenis:
 Hospitis Aeneæ gloria sola manet.
 Et jam nocturnis spatium laxaverat horis
 Phœbus chelarum pallidiore polo.
 Cunctamur tentare salum, portuq; sedemus, 185
 Nec piget oppositis otia ferre moris,
 Occidua infido dum sævit gurgite Plias,
 Dumque procellosi temporis ira cadit,
 Respectare juvat vicinam sæpius urbem,
 Et montes visu deficiente sequi. 190
 Quaque duces oculi grata regione fruuntur,
 Dum se, quod cupiunt, cernere posse putant.
 Nec locus ille mihi cognoscitur indice fumo,
 Qui dominas arces, & caput orbis habet.
 Quanquam signa levis fumi commendat Home-
 rus, 195
 Dilecto quoties surgit in atra solo.
 Sed cæli plaga candidior, tractusque serenus
 Signat septenis culmina clara jugis.
 Illic perpetui soles, atque ipse videtur,
 Quem sibi Roma facit, purior esse dies. 200
 Sæpius attonitæ resonant Circensibus aures.
 Nunciat accensus plena theatra favor.
 Pulsato notæ redduntur ab æthere voces,
 Vel quia perveniunt, vel quia fingit amor.
 Explorata fides pelagiter quinque diebus, 205
 Dum melior lunæ fideret aura novæ.
 Tum discessurus studiis, urbique remitto

al-

RUTILII

7

Palladium, generis spemque decusque mei.
 Facundus juvenis Gallorum nuper ab arvis
 Missus Romani discere jura fori, 210
 Ille meæ secum dulcissima vincula curæ
 Filius affectu, stirpe propinquis habet.
 Cujus Aremoricæ pater Exuperantius oras
 Nunc postliminium pacis amore docet.
 Leges restituit, libertatemque reducit, 215
 Et servos famulis non sinit esse suis.
 Solvimus auroræ dubio quo tempore primùm,
 Agnosci patitur redditus arva color.
 Progredimur parvis per litora proxima cymbis,
 Quarum perflugio crebra pateret humus. 220
 Aëtivos penetret oneraria carbasa fluctus,
 Tutior autumnus mobilitate fugæ.
 Alia prælegitur tellus: Pyrgique recedunt,
 Nunc villa grandes, oppida parva prius.
 Jam Cæretanos demonstrat navita fines, 225
 Aëvo deposuit nomen Agylla vetus.
 Stringimus absuntum fluctuq; & tempore castrum,
 Index semirutæ porta vetusta loci.
 Præsidet exigui formatus imagine saxi,
 Qui pastoralis nomina fronte gerit. 230
 Multa licet priscum nomen deleverit ætas,
 Hoc Inui castrum fama fuisse putat.
 Seu Pan Tyrrhenis mutavit Mænala silvis,
 Sive sinus patrios incola Faunus init.
 Dum renovat largo mortalia semina foetu, 235
 Fingitur in Venerem pronior esse Deus.
 Ad Centumcellas forti defleximus Austro,
 Tranquilla puppes in statione sedent.
 Molibus æquoreum concluditur amphitheatrum,
 Angustisque aditus in fulta facta tegit, 240
 Attollit geminas turres, bisidoque meatu,
 Faucibus arctatis pandit utrumque latus.
 Nec posse fatis laxo navalia portu,
 Ne vaga vel tutas ventilet aura rates.
 Interior medias sinus invitatus in ædes, 245
 Instabilem fixis aëra nescit aquis.

A 4

Qua-

§ ITINERARIUM

Qualis in Euboicis captiva natantibus unda
Sustinet alterno brachia lenta sono.
Nosse iuvat Tauri dictas de nomine thermas,
Nec mora difficilis milibus ire tribus. 250
Non illic gustu latices vitiantur amaro,
Lymphaque fumifico sulphure tincta calet.
Purus odor, mollisque sapor dubitare lavantem
Cogit, qua melius parte petantur aquæ.
Credere si dignum fama, flagrantia taurus 255
Investigato fonte lavacra dedit.
Ut solet excussis pugnam præcludere glebis,
Stipite cum rigido cornua prona terit.
Sive Deus faciem mentitus & ora iuveni,
Noluit ardentis dona latere soli. 260
Qualis Agenorei rapturus gaudia furti
Per freta virgineum sollicitavit onus.
Ardua non solos deceant miracula Graios,
Auctorem pecudem fons Heliconis habet.
Elicitas simili credamus origine lymphas, 265
Mularum latices ungula fodit equi.
Hæc quoque Pieris spiracula comparat æntris,
Carmine Messalæ nobilitatus ager.
Intra temque capit, discedentemque moratur
Postibus affixum dulce poemata sacris. 270
Hic est qui primo seriem de consule ducit,
Usque ad Publicolas si redeamus avos.
Hic & præfæti nutu prætoria rexit:
Sed menti & linguæ gloria major inest.
Hic docuit, quale poscat facundia sedem, 275
Ut bonus esse velit, quisque disertus erit.
Rosca puniceo fulsere crepuscula celo:
Pandimus obliquo lintea flexa sinu.
Paulisper littus fugimus Minione vadusum,
Suspecto trepidant hostia parva solo. 280
Inde Graviscarum fastigia rara videmus,
Quas premit æstiva sæpe paludis odor.
Sed nemorosa viret densis vicinia lucis,
Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.
Cernimus antiquas nullo custode ruinas, 285
Et

RUTILII

Et desolata mœnia sæda Cosa. 9
Ridiculam cladis pudet inter seria causam
Promere, sed risum dissimulare piget.
Dicuntur cives quondam migrare coacti,
Muribus infestos deseruisse lares. 290
Credere maluerim pygmeæ damna cohortis,
Et conjuratas in sua bella grues.
Haud procul hinc petitur signatus ab Hercule portus
Vergentem sequitur mollior aura diem.
Inter castrorum vestigia sermo retexit, 295
Sardoam, Lepido præcipitante, fugam.
Littore namque Cosa cognatos depulit hostes,
Virtutem Catuli Roma secuta ducis.
Ille tamen Lepidus peior, civilibus armis
Qui gessit lociis impia bella tribus. 300
Qui libertatem Mutinensi Marte receptam
Obruit auxiliis urbe favente novis.
Insidias paci moliri tertius ausus,
Tribus excepit congrua fata reis.
Quartus Cæsareo dum vult irrepere regno, 305
Incæsti pœnam solvit adulterii,
Nunc quoque sed melius, de hostris fama queretur,
Iudex posteritas semina dira notet.
Nominibus certos credam decurrere mores,
Moribus an potius nomina certa dari? 310
Quicquid id est mirus Latii annalibus ordo,
Quod Lepidum toties reccidit ense malum.
Nec dum decessis pelago permittimur umbris,
Natus vicino vortice ventus adest.
Tenditur in medias mons Argentarius undas, 315
Ancipitique jugo carula rura premit.
Transversos colles bis ternis millibus artat,
Circu ponti ter duodena pate t.
Qualis per geminos fluctus Ephyrcius Isthmos
Ionias bimari littore findit aquas. 320
Vix circumvehimur sparæ dispendia rupis,
Nec sinuosa gravi cura labore caret.
Mutantur totiens vario spiramina flexu:

ITINERARIUM

Quæ nunc profuerant vela, repente nocent.
 Eminus Igiliï silvosa cacumina miror, 325
 Quam fraudare nefas laudis honore suæ.
 Hæc proprios nuper tutata est insula saltus,
 Sive loci ingenio, seu domini genio.
 Gurgite cùm modico victricibus obstitit armis,
 Tanquam longinquo dissociata mari: 330
 Hæc multos lacera suscepit ab urbe fugatos,
 Hic fessis posito certa timore salus.
 Plurima terreno populaverat æquora bello
 Contra naturam classe timendus eques.
 Unum, mira fides, vario discrimine portum 335
 Tam propè Romanis, tam procul esse Getis.
 Tangimus Umbronem: non est ignobile flumen,
 Quod tuto trepidas excipit ore rates.
 Tam facilis pronis semper patet alveus undis,
 In pontum quoties saxa procella ruit. 340
 Hic ego tranquillæ volui succedere ripæ,
 Sed nautas avidos longius ire sequor.
 Sic festinantem ventusque, diesque reliquit,
 Nec proferre pedem, nec revocare licet.
 Littorea noctis requiem metamur arena, 345
 Dat vespertinos myrtea sylva focos.
 Parvula subiectis lacinus tentoria remis,
 Transversus subito culmine contus erat.
 Lux aderat, tonis progressi stare videmur:
 Sed cursum proræ terra relicta probat. 350
 Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis.
 Quæ nihil uberius Norica gleba tulit.
 Non Biturix largo potior stricatura camino,
 Nec quæ Sardonio cespite massa fluit.
 Plus confert populis ferri secunda creatrix, 355
 Quam Tartessiaci glarea fulva Tagi.
 Materies vitæ aurum letale parandis,
 Auri cœcus amor ducit in omne nefas.
 Aurea legitimas expugnant munera tædas,
 Virgineosque sinus aureus imber emit. 360
 Auro victa fides munitas decipit urbes,
 Auri flagitiis ambitus ipse furit.

At

RUTILII

11

At contra ferro squalentia rura coluntur,
 Ferro vivendi prima reperta via est.
 Secula semideùm ferrati nescia Martis 365
 Ferro crudeles sustinere feras.
 Humanis manibus non sufficit usus inermis,
 Si non sint aliæ ferrea tela manus.
 His mecum pigri solabar tædia venti,
 Dum resonat variis vile celestium modis: 370
 Laxatum cohibet vicina Faleria cursum,
 Quamquam vix medium Phœbus haberet iter.
 Et tum fortè hilares per compita rustica pagi,
 Mulcebant sacris pectora fessa jocis.
 Illo quippe die tandem renovatus Olytris 375
 Excitat in fruges germina lata novas.
 Egressi villam, petimusque, lutoque vagamur.
 Stagna placent septo delitiosa vado,
 Ludere lascivos inter vivaria pisces
 Gurgitis inclusi laxior unda finit. 380
 Sed male pensavit requiem stationis amœnæ
 Hospite conductor durior Antiphate.
 Namque loci querulus curam Judæus agebat.
 Humanis animal dissociale cibus.
 Vexatos frutices, pulsatas imputat algas, 385
 Damnaque libatæ grandia clamat aquæ.
 Reddimus obscenæ convicia debita genti,
 Quæ genitale caput propudiosa metit,
 Radix stultitiæ, cui frigida sabbata cordi:
 Sed cor frigidius religione sua est. 390
 Septima quæque dies turpi damnata veterno,
 Tanquam lassati mollis imago Dei.
 Cætera mendacis deliramenta catasta,
 Nec pueros omnes credere posse reor.
 Atque utinam nunquam Judæa subacta fuisset 395
 Pompeii bellis, imperioque Titi.
 Latius excisa pestis contagia serpunt,
 Victoresque suos natio victa premit.
 Adversus surgit Boreas, sed nos quoque remis
 Surgere certamus, cùm tegit astra dies. 400
 Proxima securum referat P'opolonia litus,

A 6

Qua

Quà naturalem ducit in arva sinum.
 Non illic positas extollit in aethera moles
 Lumine nocturno conspicienda: Pharos.
 Sed speculam, validæ rupis sortita vetustas, 405
 Qua fluctus domitos arduus urget apex.
 Castellum geminos hominum fundavit in usus,
 Præsidium terris, indiciumque fretis.
 Agnoscî nequeunt avi monumenta prioris
 Grandia consumpsit mœnia tempus edax. 410
 Sola manent interceptis vestigia muris:
 Ruderibus latis tecta sepulta jacent.
 Non indignemur mortalia corpora solvi,
 Cernimus exemplis oppida posse mori.
 Lætior hic nostras crebrescit fama per aures, 415
 Consilium Romam penè redire fuit.
 Hic Præfecturam sacra cognoscimus urbis
 Delatam meritis dulcis amice tuis.
 Optarem verum complecti carmine nomen,
 Sed quosdam refugit regula dura pedes. 420
 Cognomen versu Veneris carissime Rufi:
 Illo te dudum pagina nostra canit.
 Festa dies, pridemque meos dignata penates,
 Poste coronato vota secunda colat.
 Exornent virides communia gaudia rami, 425
 Provesta est animæ portio magna meæ.
 Sic mihi sic potius placeat geminata potestas,
 Per quem malueram, rursus honore fruar.
 Currere curamus velis Aquilone reverso,
 Cùm primùm roseo fulsit Eous equo. 430
 Incipit obscuros ostendere Corsica montes:
 Nubiferumque caput concolor umbra levat.
 Sic dubitanda solet gracili vanescere cornu,
 Defessisque oculis Luna reperta latet.
 Hæc ponti brevitæ auxilii mendacia fama, 435
 Armentale ferunt quippe nataffe pecus,
 Tempore Cyrneas quo primus venit in oras,
 Fortè secuta vagum foemina Corfa bovent.
 Processu pelagi jam se Capraria tollit,
 Squallet lucifugis insula pleana viris. 440

Ipsi

Ipsi se monachos Grajo cognomine dicunt,
 Quod soli nullo vivere teste volunt.
 Munera fortunæ metuunt, dum damna verentur:
 Quisquam est spontè miser, ne miser esse queat.
 Quanam perverſi rabies tam stulta cerebri? 445
 Dum mala formides, nec bona posse pati.
 Sive suas repetunt ex fato ergastula pœnas,
 Tristitia seu nigro viscera felle tument.
 Sic nimia bilis morbum assignavit Homerus
 Bellerophonæis sollicitudinibus. 450
 Nam juveni offenso savi post tela doloris
 Dicitur humanum dupliciuisse genus.
 In Volaterranum verò Vada nomine tractum
 Ingressus dubii tramitis alta lego.
 Despectat proræ custos, clavumque sequentem 455
 Dirigit, & puppim voce monente regit.
 Incertæ gemina discriminat arbore fauces,
 Defixasque offert limes uterque fudes.
 Illis proceras mos est adnectere lauros,
 Conspicuas ramis & fruticante coma, 460
 Ut præbente algam densi symplegade limi
 Servet inoffensas femita clara notas.
 Illic me rapidus consistere Corus adegit,
 Qualis sylvarum frangere lustra solet.
 Vix tuti domibus sævos toleravimus imbres, 465
 Albinus patuit proxima villa mei.
 Namq; meus, quem Roma meo subjunxit honori,
 Per quem jura meæ continuata togæ,
 Non expectatos pensavit laudibus annos,
 Vita flore puer, sed gravitate senex. 470
 Mutua germanos junxit reverentia mores,
 Et favor alternis crevit amicitiiis.
 Prætulit ille meas, cum vincere posset, habens:
 Prædecessoris major amore fuit.
 Subjectas villa vacat aspectare salinas, 475
 Namque hoc cenſetur nomine salſa palus,
 Quà mare terrenis declive canalibus intrat,
 Multifidoque lacus parvula fossa rigat.
 Ast ubi flagrantes admovit Sirius ignes,

A 7

Cum

Cum pallent herbae, cum sitit omnis ager, 480
 Cum cataractarum claustris excluditur æquor,
 Ut fixos latices horrida duret humus.
 Concipiunt acrem nativa coagula Phœbum,
 Et gravis æstivo crusta calore coit.
 Haud aliter quam cum glacie riget horridus Ister,
 Grandiaque adstricto flumine plaustra vehit. 486
 Rimeretur solitus naturæ expendere causas,
 Inque pari dispar fomite quærat opus.
 Juncta fluenta gelu conspecto Sole liquefcunt,
 Et rursus liquidæ Sole gelantur aquæ. 490
 O quam sæpè malis generatur origo bonorum
 Tempestas dulcem fecit amara moram.
 Victorinus enim, nostra pars maxima mentis,
 Congressu explevit mutua vota suo.
 Errantem Tusci confidere compulsi agris, 495
 Et colere externos capta Tolosa lares.
 Nec tantum duris nituit sapientia rebus,
 Pectore non alio prosperiora tulit.
 Conscius Oceanus virtutum, conscia Thule,
 Et quicumque ferox arva Britannus arat. 500
 Quæ præfectorum vicibus frenata potestas
 Perpetuum magni scœnus amoris habet.
 Extremum pars illa quidem discessit in orbem,
 Sed tanquam medio rector in orbe fuit.
 Plus palmæ est, illos inter voluisse placere, 505
 Inter quos minor est displicuisse pudor.
 Illustri nuper sacra comes additus aulae,
 Contempsit summos ruris amore gradus.
 Hunc ego complexus, ventorum aduersa fesselli,
 Dum videor patriæ jam mihi parte frui. 510
 Lutea protulerat sudas aurora jugales.
 B. Antennas tendi littoris Aura iubet.
 Inconcussa vehit tranquillus aplustria flatus,
 Mollia securo vela rudente tremunt.
 Assurgit ponti medio circumflua Gorgon, 515
 Inter Pisanum Cyriacumque latus.
 Adversus scopulos, damni monumenta recentis,
 Perditus hic vivo funere civis erat.

Noſter

Noſter enim nuper juvenis majoribus amplis,
 Nec censu inferior, conjugiove minor. 520
 Impulſus furiis homines, divosque relinquit,
 Et turpem latebram credulus exul agit.
 Infœlix putat illuvie cœlestia paſci,
 Seque premit læſis ſævior ipſe Deis.
 Non, rogo, deterior Circæis ſecta venenis? 525
 Tunc mutabantur corpora; nunc animi.
 Inde Triturritam petimus, ſic villa vocatur,
 Quæ latet expulſis in ſula penè fretis.
 Namque manu junctis procedit in æquora faxis,
 Quiq; domum poſuit, condidit ante ſolum. 530
 Contiguum ſtupui portum, quem fama frequentat
 Piſarum emporio divitiisq; maris.
 Mira loci facies pelago pullatur aperto,
 Inque omnes ventos littora nuda patent.
 Non ullus tegitur per brachia tuta recessus, 535
 Æolias poſſit qui prohibere minas.
 Sed procerâ ſuo prætexitur alga profundo,
 Molliter offenſa non nocitura rati:
 Et tamen inſanas cedendo interligat undas
 Nec ſinit ex alto grande volumen agi. 540
 Tempora navigii clarus reparaverat Eurus,
 Sed mihi Protadium viſere cura fuit.
 Quem qui fortè velit certis cognoscere ſignis,
 Virtutis ſpeciem corde vidente petat.
 Nec magis efficit ſimilem pictura colorem, 545
 Quam quæ de meritis miſta figura venit.
 Aſpicienda procul certo prudentia vultu,
 Formaque juſtitiaſ ſuſpicienda micat.
 Sit fortaſſe minus, ſi lauder Gallia civem,
 Teſtis Roma ſui præfulſi eſſe poteſt. 550
 Subſtituit patriis mediocres Umbria ſedes,
 Virtus fortunam fecit utramque parem.
 Mens invicta viri pro magnis parva tuetur,
 Pro parvis animo magna fuere ſuo.
 Exiguus rerum rectores ceſpes habebat. 555
 Et Cincinnatos jugera pauca dabant.

Hæc

16 I T I N E R A R I U M
 Hac etiam nobis non inferiora feruntur,
 Vomere Serrani, Fabriciique foco.
 Puppibus ergo meis fida in statione locatis,
 Ipse vehor Pisas, quæ solet ire pedes. 560
 Præbet equos, offert etiam carpenta Tribunus,
 Ex commilitio carus & ipse mihi,
 Officiis regerem cum regi Atecta magister:
 Armigerasque Pii principis excubias,
 Alpheæ veterem contemplos originis urbem, 565
 Quam cingunt geminis Arnus & Ausur aquis.
 Conum pyramidis coeuntia flumina ducunt:
 Intratur modico frons patefacta solo.
 Sed proprium retinet communi in gurgite nomen,
 Et pontum solus scilicet Arnus adit. 570
 Antè diu quàm Trojugenas fortuna penates
 Laurentinorum regibus infereret,
 Elide deductas suscepit Etruria Pisas,
 Nominis indicio testificata genus.
 Hic oblata mihi sancti genitoris imago, 575
 Pisani proprio quam poluere foro.
 Laudibus amissi cogor lacrimare parentis,
 Fluxerunt madidis gaudia mœsta genis.
 Namque pater quondam Tyrrenis præfuit arvis,
 Fascibus & senis credita jura dedit. 580
 Narrabat memini, multos emensus honores,
 Tuscorum regimen plus placuisse sibi.
 Nam neq; opum curam, quamvis sit magna sacrarum.
 Nec jus Quæstura grata fuisse magis. 585
 Ipsam si fas est postponere Præfecturam,
 Prior in Tuscos non dubitabat amor:
 Nec fallebatur tam carus & ipse probatis,
 Aeternas grates mutua cura canit.
 Constantemque sibi pariter, mitemque fuisse
 Insinuant natis qui meminere senes. 590
 Ipsum me gradibus non degenerasse parentis
 Gaudent, & duplici sedulitate fovent.
 Hæc eadem cum Flamminæ regionibus irem,
 Splendoris patrii sæpe reperta fides.
 Famam Lachanii veneratur numinis instar 595
 Inter

R U T I L I I. 17
 Inter terrigenas Lydia tota suos.
 Grata bonis præcos retinet provincia mores,
 Dignaque rectores semper habere bonos.
 Qualis nunc Decius, Lucilli nobile pignus,
 Per Corythi populos arva beata regit. 600
 Nec mirum, magni si redditus indole nati
 Felix tam simili posteritate pater.
 Huius vulnificis satyra ludente Camœnis
 Nec Turnus potior, nec Juvenalis erit.
 Restituit veterem censoria lima pudorem: 605
 Dumque malos carpit, præcipit esse bonos.
 Non olim sacri iustissimus arbiter auri
 Circumsistentes reppulit Harpyias,
 Harpyias, quarum decerpitur unguibus orbis,
 Quæ pede glurineo quod tetigere, trahunt 610
 Quæ luteum faciunt Argum, quæ Lyncea cacum:
 Inter custodes publica furta volant.
 Sed non Lucillum Briaricia præda fefellit,
 Totque simul manibus restitit una manus.
 Jamque Tritunitam Pisæ ex urbe reversus 615
 Aptabam nitido pendula vela Noto.
 Cum subitis tectus nimbis infoduit æther,
 Sparferunt radios nubila rupta vagos.
 Substitimus, quis enim sub tempestate maligna
 Insanituris audeat ire fretis? 620
 Oria vicinis terimus navalia sylvis,
 Sectandisque juvat membra movere feris.
 Instrumenta parat venandi villicus hospes,
 Atque olidum doctas nosse cubile canes.
 Funditur insidiis, & rara fraude plagarum, 625
 Terribilibusque cadit fulmine dentis aper.
 Quem Meleagræi vereantur adire lacerti,
 Qui laxet nodos Amphitryoniada.
 Tum responsuros perculat buccina colles,
 Fitq; reportanti carmine præda levis. 630
 Interea madidis non definit Africus alis
 Continuos piceâ nube negare dies.
 Jam matutinis Hyades occasibus uda,
 Jam latet hyberno conditus imbre lepus:

Exi-

18 ITINERARIUM
 Exiguum radiis, sed magnis fluctibus astrum, 635
 Quo madidam nullus navita linquit humum.
 Namque procelloso subjungitur Oarioni
 Aëstiferumque canem roseida præda fugit.
 Vidimus excitis pontum flavescere arenis,
 Atque eructato vortice rura tegi. 640
 Qualiter Oceanus mediis infunditur agris,
 Destituenda vago cum premit arva salo;
 Sive alio refluus nostro colliditur orbe,
 Sive Corusca suis sidera pascat aquis.

LIBER II.

Nondum longus erat, nec multa volumina pas-
 sus
 Jure suo poterat longior esse liber,
 Tædia continuo timuit cessura labori,
 Sumere ne lector jure paveret opus.
 Sæpè cibus affert serus fastidia finis. 5
 Gravior est modicis haustibus unda siti.
 Intervalsa viâ fessis præstare videret,
 Qui notat inscriptus millia crebra lapis.
 Partimur trepidum per opuscula bina ruborem,
 Quem satius fuerat sustinuisse semel. 10
 Tandem nimboſa maris obsidione solutis,
 Pisano portu contigit alta sequi.
 Adridet placidum radiis crispantibus æquor,
 Et sulcata levi murmurat unda sono.
 Incipiunt Apennini devexa videri. 15
 Quâ fremit aërio monte repulsa Thetis.
 Italiam rerum dominam qui cingere visu,
 Et totam pariter cernere mente velit;
 Inveniet quernæ similem procedere frondi,
 Artatam laterum conveniente sinu. 20
 Millia per longum decies centena teruntur
 A Ligurum terris ad freta Sicaniæ.
 In

RUTILII 19
 In latum variis damnosa amfractibus intrat
 Tyrrheni rabies, Adriacique sali.
 Quâ tamen est juncti maris angustissima tellus, 25
 Triginta & centum millia sola patet.
 Diversas medius mons obliquat in undas,
 Quâ fert atque refert Phœbus uterque diem.
 Urget Dalmaticos Eoo vertice fluctus,
 Carulaque occiduis frangit Etrusca jugis. 30
 Si factum certa mundum ratione fatemur,
 Consiliumque Dei machina tanta fuit,
 Excubiis Latii prætexuit Appenninum:
 Claustraque montanis vix adeunda viis,
 Invidiam timuit natura, parumque putavit 35
 Arctois Alpes opposuisse minis,
 Sicut vallavit multis vitalia membris,
 Nec semel inclusit, quæ pretiosa tulit.
 Jam tum multiplici meruit munimine cingi,
 Sollicitosque habuit Roma futura deos. 40
 Quo magis est facinus diri Stiliconis acerbum,
 Proditor arcani quod fuit imperii.
 Romano generi dum nititur esse superstes,
 Crudelis summis miscuit ima furor:
 Dumque timet, quid quid se fecerat ipse timeri, 45
 Immisit Latiae barbara tela neci.
 Visceribus nudis armatum condidit hostem,
 Illaræ cladis liberiore dolo.
 Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat,
 Et captiva prius, quam caperetur, erat. 50
 Nec tantum Geticis grassatus proditor armis,
 Ante Sibyllinæ fata cremavit opis.
 Odimus Althæam consumti funere torris,
 Nisæum crimen flere putantur aves:
 At Stilico æterni fatalia pignora regni; 55
 Et plena voluit præcipitare colus.
 Omnia Tartarei cessent tormenta Neronis,
 Consumat stygiæ tristior umbra faces.
 Hic immortalem, mortalem percussit ille:
 Hic mundi matrem percussit, ille suam. 60
 Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces,
 Car-

20 I T I N E R A R I U M
Carmine proposito jam repetamus iter.
Advehimur celeri candentia mœnia lapsu,
Nominis est auctor Sole corusca foror.
Indigenis superat ridentia lilia saxis.
Et lævi radiat picta nitore silex.
Dives marmoribus tellus, quæ luce coloris
Provocat intactas luxuriosa nives.

69

Multa desiderantur.



JO-

JOSIÆ SIMLERI

SCHOLIA

IN

RUTILII ITINERARIUM.

JOSIÆ SIMLERI
SCHOLIA

In

RUTILII ITINERARIUM.

LECTORI S.



Rutilii Claudii Numatiani Itinerarium Neapoli edidit Petrus Summontius & Bononiæ Joannes Baptista Pius, anno Domini 1520, & postremò Venetiis Onuphrius Panvinius in Commentariis Reipublicæ Romanæ, anno 1558.

Nos Summontii editionem non vidimus, sed alia duo exemplaria conferentes diversitatem lectionis adnotavimus: idem fecimus in his versibus, quos plurimos ex Rutilio citat Leander Albertus. Postremò nostras conjecturas de quibusdam locis, qui nobis suspecti videbantur, addidimus. Etenim hic Poëta, quanquam Christianæ Religionis hostis iuerit, ut ex his Elegiis apparet, tamen propter elegantiam dignus est, qui emendatè & eleganter in publicum prodeat.

Ad Venerium Rufium. Panvinius Rufum vocat, sed male! nam Rufius dicebatur, id què ex carmine Rutilii apparet,

*Rufius Albini gloria viva patris. Item,
Cognomen versu Veneris carissima Rufi.*

92 *Grandia facta.* Onuphrius Panv, legit, *Grandia fata.*

24 JOSIÆ SIMLERI SCHOLIA

112 *Vernulaqua*, &c. Onuph. Vernula qua vario earmine ludit avis.

121 *Adversus solem ne vis sperare secunda*. Lego : Adversis solemne tuis sp. sec.

152 *Romulei famulas ossibus*. Lego usibus.

186 *Cunctamur tentare solum*. L. salum.

203 *Pulsato nota redduntur ad athera voces*. Quid, si legamus, Ab athere.

221 *Tutior autumms nobilitate fuga*, Onuph. legit, mobilitate fuga.

247 *Qualis in Euboicis captiva natatibus unda*. Onuph. legit, Natantibus : sed mihi vetus lectio magis placet.

251 *Purus odor, molliisque sapor dubitare labantem* : hic labantem pro lavantem positum : Sicuti saepe B, pro V, posuere Veteres.

279 *Paulisper litus fugimus Munione*. Albertus Leander legit, Minione.

283 *Sed nenerosa vires*. Lean. Numerosa : vetus tamen lectio magis placet.

287 *Ridiculum cladis*, Lean. Ridiculum clades.

295 *Inter castrorum vestigia sermo retexit*

296 *Sardam lepido precipitante fugam*. Lean. Julia castrorum : Item Sardam Lepido. Meminit hic quatuor Lepidorum, quorum primus est M. Aemilius, qui cum Q. Lutatio Catulo consul fuit, anno 675. Hic cum acta Sylle conaretur rescindere, bellum excutavit : à Q. Catulo collega Italia pulsus, & in Sardinia frustra bellum molitus perit. Epitoma Livii 90. Apianus 1. Secundus est M. Aemilius M. F. Lepidus, qui Caesarem Dictatorem dixit, ac illi postea magister equitum fuit, & demum cum Antonio & Octavio Triumvir R. P. C. Meminere hujus Cicero, Plutarchus, Suetonius, Dio. Apianus, Epitoma Livii. Tertius est M. Aemilius Lepidus prioris filius, qui cum in Augustum conjurasset, à Mecenate occisus est. Epitoma 133. Velleius 2. Dio lib. 54. Quartus Aemilius Lepidus, à Cajo Caesare Caligula occisus est, ob adulterium cum forribus

IN RUTILII ITINERARIUM. 25

bus ipsius commissum, & insidias adversum se paratas. Sueton. in Caligula, Dio. lib. 59. Seneca 1. lib. Epistolarum, 4.

302 *Urbe favente*. Onuph. pavente.

316 *Cerula curva*, Lean. Cerula rurs.

317 *Artar*. Lean. Effert : sed prior lectio mihi magis probatur, loquitur enim de angustius & quasi Isthmo quodam, quo Argentarius mons continenti jungitur.

324 *Quae non profuerant*. Malim, Quae nunc profuerant.

369 *Sanabar radia*, Onuph. Solabar.

373 *Fagi Fortè Vagi*.

401 *Referat*. Lean. Referat.

407 *Hominum fraudavit in usus*. Lean. Fundavit.

481 *Cum Cataractarum*. Forte Tum catar.

498 *Pestora*. L. Pestore.

499 *Consulir*. Onuph. Conscius.

517 *Cyrnaicumque latus*. Onuph. Cyrniacumque quid, si prolatus, legamus latus ?

535 *Nonnullus* Onuph. Non ullus.

541 *Navigii*. Onuph. Navigiis.

552 *Utraque*. Onuph. Utramque.

566 *Ausur*, Onuph. Ansur.

575 *Hic oblata*, &c. Quatuor versus qui hic ordine sequuntur, in editione Pii non habentur, sed ab Onuphrio additi sunt.

595 *Nominis instar*. L. Numinis.

607 *Non olim*. Forte, Nam olim.

630 *Reportanda*. Onuph. Reportando.

637 *Oarioni*. Onuph. Orioni.

ITINERARII LIBER


Secundus.

Onuphtius librum hunc ita inscribit :

Rutili Claudii Numatiani Galli V. C. De reditu suo, Itinerarii liber secundus ad Venerium Rufum.

24 *Salis. Onuph. Sali.*42 *Quod fuit. Onuph. Qui fuit.*

JOSE-



JOSEPHI CASTALIONIS

IN

RUTILII TITULUM

Adnotationes.



Titulus in plerisque vulgatis partim excreverat, partim etiam mendum admiserat. Nos luxuriantia quadam in eo amputanda, reliqua corrigenda censuimus. Quare hac verba sustulimus. AD VENERIUM RUFUM. Nam neque Rufio, neque cuiquam alii nominatim, sed lectori cuicumque scripserit Rutilius videtur, qui sic orditur.

Velocem potius reditum mirabere Lector. Nec obstat quod de Rufio crebra in hoc libello fit mentio quodque semel Rufium alloquitur illis versibus Rutilius.

Hic praefecturam sacra cognoscimus urbis.

Delatam meritis dulcis amice iuris.

Optarem veterum complecti carmine nomen.

Sed quosdam refugit regula dura pedes.

Cognomen versans Veneri carissime Rufi.

Illo te dudum pagina nostra canit. Quae non magis probant hoc itinerarium ad Rufum pertinere, quam Virg. Aeneida ad Turnum atque alios, quibuscum absentibus, aut ipse, aut alii absentes sermonem instituunt. Illud autem legendum est V. C. id est, viri clarissimi, non viri consularis. Nullum enim consulatum gessisse Rutilium legimus, nec

28 JOSEPHI CASTALIONIS &c.
ipse honores suos, opinor, silentio prateriisset,
& eos, quorum gradus semper habitus est maximus.
Quod de Rufio multis jam honoribus functo canit.

Sedula promissis summos imitatio fasces,

Si fas est meritis fidere; Consul erit.

Mirari vero non satis possum & Liliū Grego-
rium Giraldum; & Onuphrium Panvinium de
Rutilii consulatu meminisse, qui si animadvertis-
sent Rutilium neque ordinarium, neque suffectum
consulem fuisse ad id tempus, quo hæc in itinera-
rio de se scripsit, non essent interpretati singula-
res illas litteras V. C. viri consularis.

Si non displicui regerem cum jura Quirini,

Si colui sanctos, consulique patres:

Nam quod nulla mecum strinxerunt crimina ferrum;

Non sit Praefecti gloria, sed populi.




JOS.

JOS. CASTAL.

IN RUTILII

LIBRUM PRIMUM

Adnotationes.

1.  *Elocem potius reditum mirabere Le-
stor,*
Tam cito Romuleis posse cavere
(bonis) Aut principium desideratur,
quod videtur Antonio Quarengo

acerrimi judicii viro, cujus fidem, virtutem, sin-
gularemque eruditionem multo ante Cardinali Ur-
sino probatam D. Inicus Card. de Aragona omni be-
nevolentia genere complectitur, aut à confutatione
orditur, ut sit hujus loci sententia; In patriam sero
se redire videri non debere, mirandum magis, quod
Roma in Galliam reverteretur maturius, quam ur-
bis amor pateretur. Hujus loci sententiam non ad-
secutus Onuphrius Panvinus lapsus est in Rutilii vi-
ta, cujus hæc sunt verba. *Hic cum post expletum præ-
fectura tempus ex urbe in Galliam ad avitos agros re-
verteretur & exinde Romam rediret; & infra; line-
raria & ipse duo composuit, alterum de itinere ex urbe in
Galliam; alterum vero de reditu ex Gallia Romam.*
Hæc ille, cui dicendi genus & reditus vocabulum,
opinor, imposuit. Rutilius unicum sane de reditu
suo Roma in Galliam itinerarium in duos quidem
partitum libellos, ut est videre, concinnavit.

3. *Romam venerantibus.*) Colentibus urbem, Romæ
degentibus, respexit ad genium urbis, ut infra.

16. *Et partem genii quem venerantur habent.* Vel
significat, ut alibi.

B 3

In-

Inter fideos Roma recepta polos.
 4. *Sine fine*) sic. Virg. 1. *Rn. Imperium sine fine*
dehi. & 2. *quarentis* & *telis sine fine furenti.*
 5. *O quantum & quotiens possem numerare beatos.)*
 Ovidium videtur imitatus, qui Tristium libro ter-
 tio sic.

O quater & quotiens non est numerare beatum

5. *Non interdicta cui licet urbe frui.*

Quotiens.) per tertiam, & quintam semivocalem
 scribimus, ut habent lapides, & libri Manuscripti
 Priscianus lib. xv., A quinque vero usque ad mille
 ,, in es productam desinunt adverbia, ut quinquies,
 ,, sexies, septies, sic reliqua, ut supra dictum est, à
 ,, quot vero & tot in ns terminantur, ut quotiens,
 ,, & totiens, hæc ille. Sed & Pierius in 3. Eclogam
 Virg. Capri, & Victorini auctoritate idem animad-
 vertit, quamvis Capri exemplaria vulgata mendo-
 sissima longe aliter habeant. Adco autem veterum,
 tum librorum, tum marmorum consuetudo hæc
 constantissima est, ut reliqua quoque adverbia con-
 tra etiam Prisciani sententiam per n & s scripta pas-
 sim inveniuntur; ejus rei confirmanda gratia,
 testimonio lapidis vetustissimi, quem ad Urbem in
 vinea ornatissimi Sangalletti, & legi, & descripti,
 utar.

IN HOC
 POMARIO
 GESTATIONIS
 PER CIRCVITVM
 ITVM ET REDITVM
 QVINQVIENS
 EFFICIT PASSVS
 MILLE.

E. Nasci felici qui meruere solo) Ammianus Mar-
 cellinus lib. xv. inquit, *Simonides Lyricus docet bea-*
 2. Con-

te perfecta ratione victuro ante alia patriam esse con-
venit gloriosam. Aufonius Gallus in gratiarum actio-
 ne ad Gratianum Imp. *Dantur enim multa nominibus,*
& est Roma pro merito.

Felici.) Felix & felicitas sine diphthongo scribun-
 tur, id quod & Politianus jam pridem docuit, &
 vetustis inscriptionibus confirmatur. In area S. Petri
 lapis erat ante tabernam quandam.

D. M.

MARCIO FLORO VIXIT
 ANNOS VI DIES VII
 ET MARCIO CANDIDO VIX
 ANNOS XVII M X DIII
 MARCIA MEROE MATER
 INFELICISSIMA SIBI FILIIS SVIS
 DVLCISSIMIS FECIT QVOD VOS
 DECEBAT MIHI FECISSE MATER
 ITA FATA DEDERVNT

In hortis Carpensibus.

D. M.

ÆLIA FELICITAS
 CONJ VX JULIANO CONJV-
 GI BENE MERENTI HVNC
 TITVLVM FECL.

In Vinea Julii III. Pontif. Max.

ÆMILIA FELICITAS PIA
 VIXIT ANNIS XXXV. EX HIS
 PERTVLIT CVM ÆMILIO
 PARNASO ANNOS N. XXIII.
 PEREGRINATIONIBVS
 VARIIS ET CREBRIS FIDE
 ADFECTIONE INCONPARA-
 BILI HÆC VEHICVLO
 EVERSA VIA HOSTIENSI
 III. KAL. FEBR. OBIIT.

B 4

HVNC

HVNC TITV LVM
 POSVERVNT
 L. ÆMILIVS PARNASVS
 MARITVS EJVS ET JVNIVS
 NICERO FRATER EJVS.
 QVI LEGES

7. Romanorum procerum.) Papinius Statius lib. 11
 Silvarum dixit *Aufonios proceres.*

8. *Ingenitum decus*) *Antarctici* ut innatum, innatum, ingenitum apud Cic. multis locis, & de legibus, *ingenita natura virtus.* Nonius etiam Marcellus hoc disputat de *ingenerandi* verbo. Pomponii Porphyrius locus emendandus est ad illum Horatii versum lib. 1. Sermonum Sat. 6. *Numqua tibi vitiorum in seueris olim Natura te ipsum denique perspice, ne habeas aliqua vitia, aut ingenita tibi, aut mala consuetudine quaesita, ubi pro ingenita, ingenio in vulgatis libris legitur, & Symposius poeta quem nos in lucem è tenebris edidimus, in quarto Ænigmatæ.*

Ingenitum diras ita pondere nemo gravatur.

Et Am. Marcell. libro xxx. p. 452. *Ad ultimum id habet causidicina cum ceteris metuendum, & grave, quod hoc ingenitum est pene litigantibus cunctis, ut cum iurgia mille casibus cadant accidentia secus in potestate existiment patronorum, & omnem certaminum exitum iisdem soleant assignare, & non vitis rerum, aut iniquitatis aliquotiens disceptantium, sed solis defensoribus irascuntur; quem locum in gratiam causidicorum adscripsi.*

9. *Semina virtutum demissa, & tradita calo.*

Non potuere aliis dignus esse locis.) Ammian. lib. 14. p. 12. *Tempore quo primis auspiciis in mundanum fulgorem surgeret victura, dum erunt ho mines, Roma, ut augetetur sublimibus incrementis fœdere pacis æterna virtus convenit, atque fortuna, & quæ sequuntur. Infra quoque virtutum omnium domicilium Romam dicit.*

Caelo per primam, & secundam vocalem scribitur, ut in libris manuscriptis, & lapidibus, & eo quem

RUTIL. ADNOTAT. 33
 quem Romæ in pulchro viridario Papæ vidimus, cognoscitur.

JVNONI.
 JVNIA C. SILANI. F.
 TORQVATÆ
 SACERDOTI VESTALI
 ANNIS LXIII.
 CAELESTI PATRONAE
 ACTVS. L.

13. *Curia.*) *Senatus.* Ovidius:
Curia restabat clavi mensura coacta est.
 Per curiam Senatum, per aulam Imperatoris domum significari aperte Claudianus ostendit in sextum Hononii Consulatum.

Jure paludat a jam Curia militat aula. Et de consularu Manlii Theodri. Quo jungitur aula Curia.

14. *Religiosa patet peregrina curia laudi*
Nec putat externos quos decet esse suos.) Huc pertinet Claudii oratio apud Tacitum lib. xi. c. 24. *Annal. de supplendo Senatu ex Gallis.*

Majores mei, (quorum antiquissimum Clausus origine Sabina, simul in civitatem Romanam, & in familias Patriciorum adscitus est,) hortantur uti paribus consiliis Remp. capebant, transferendo huc, quod usquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Tullios Alba, Coruncanios Camerio, Porcios Tusculo; & ne vetera scrutemur, Etruria, Lucaniaque, & omni Italia in Senatum accitos. Postremo ipsam ad Alpes promotam, ut non modo singuli viritum, sed terra, gentesque in nomen nostrum coalescerent. Tunc solida domi quies, & adversus externa floruimus, cum Transpadani in civitatem recepti, cum specie deductarum per orbem terra legionum, additis provincialium validissimis, fessio Imperio subventum est. Num panitet Balbos ex Hispania, nec minus insignes viros è Gallia Narbonensi transivisse? Manet postevi eorum, nec amore in banc patriam nobis concedant. Quid aliud exitio Lacedæmonis, & Athenis?

nienſibus fuit, quamquam armis pollerent, niſi quod viſtos pro alienigenis arcebant? At conditor noſter Romulus tantum ſapientia valuit, ut pleoſque populos eodem die hoſtes, dein cives habuerit. Advena in nos regnarunt. Libertinorum filiiſ Magiſtratus mandati, non ut plerique falluntur, recens, ſed priori populo factitiam eſt. At cum Senonibus pugnavimus; ſcilicet Volſci, & Equi numquam adverſam nobis aciem ſtruxere? Captiva Gallis ſumus, ſed & Tuſcis obſides dedimus, & Samnitium jugum ſubivimus. At ament ſi cuncta bella recenſeas, nullum brevior ſpatio quam adverſus Gallos conſectum. Continua inde, ac ſida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus noſtris mixti, aurum & opes ſuas inferant potius, quam ſeparati habeant. Omnia P. C. qua nunc vetuſtiſſima creduntur, nova fuere. Plebei Magiſtratus poſt patricios, Latini poſt plebeios, ceterarum Italia gentium poſt Latinos. Invetraſet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur inter exempla erit. Orationem Principis ſecuto Patrum conſilio, primi Adui Senatorum in urbe ſus adepti ſunt, datum id fœderi antiquo, & quia ſoli Gallorum fraternitatis nomen cum populo Rom. uſurpant. Vide Cic. orationem pro Cornelio Balbo. Ariſtides de Laudibus Romæ *ἔτι δ' ἐδὲ οὐκ ἔστιν ἄλλος ἢ νῆς ἢ ἄλλο ἄνθρωπος*. id eſt; Peregrinus habetur nemo qui vir ſit dignus Magiſtratu, aut ſide.

15 Ordinis imperio, collegarumque fruuntur.) Peregrini conſules creantur, honores adipiſcuntur.

15 Ordinis imperio.) Conſulatum interpretor. Imperium enim pro ipſo conſulatu paſſim uſurpare video. Virg. l. 7.

Conſulis imperium primus ſuasque ſecures accipiet. Ovid. de Ponto lib. 4. Eleg. ad Græcium.

Ter quater imperii latus honore tui. Ibidem. Nam tibi ſinitum ſummo Gracine Decembri Imperium Jani ſuſcipit ille die. Et paulo infra. Qui quamquam eſt ingens, & nullum martia ſummo Altius imperium conſule Roma videt. Seneca lib.

2. Controverſiarum. Summum imperium Conſules cedent tibi.

Ordinis autem imperium, ordinarium Conſulatum dici puto ex Auſonio quidem Gallo, & Lampridio novimus ordinarium Conſulem eſſe, qui Kalen. Jan. Conſulatum iniret, ad differentiam Conſulis ſuffecti. Auſonio Gallus in gratiarum actione ad Gratianum Imperatorem. Sed Conſulatus ille in ejuſmodi ordinario ſuffectus, bi-meſtri ſpatio interpoſitus, in ſexta anni parte conſumptus quarendum, ut reliquerit tantus orator, quibus Conſulibus geſerit Conſulatum, de Frontone loquitur. Mitari autem ſatis non poſſum Auſonium virum alioqui antiquitatis bene peritum eodem fere loco, aut paulo ſupra a Conſulom ſuffectorum integra cognitione abeſſe. Negat enim Neronem Neronis præceptorem Conſulatum geſiſſe his verbis. Dives Seneca, nec tamen Conſul, &c. Quem omnino refellit Ulpianus jure conſultus Alexandr. Imp. per familiaris ad ſenatusconſultum Trebellianum, quod factum eſſe ſcriptum reliquit. Nerone Imp. octavo Kal. Sept. Anneo Seneca, & Trebellio maxime Coſs. Eoſdem Conſules legimus Inſtitutionum lib. 2. de fidei commiſſariis hereditatibus. Sed ad rem redeo. Aelius Lampridius in Alexandro Severo: Conſulatum 3 iniiit tantum ordinarium, ac primo nundino ſibi alios ſemper ſuffecit. Et infra. Conſules quoscuſque, vel ordinarios, vel ſuffectos creavit ex ſenatus ſententia nominavit ſumtum, eorum contrahens. De Conſule ordinario tituli, qui Romæ leguntur infra, ubi de Stilichone agitur, ponuntur.

16 Et partem genii quam venerantur habent in partem Romanæ Civitatis vocantur peregrini, ut Virg. lib. 7. Poſtquam in partem data Roma Sabinis; & lib. 4.

Ejectum littore egentem
 Excepi, & regni demens in parte locavi. De genio infra nonnulla congeſſimus ad illum verſum
 Sive loci ingenio, ſeu domini genio, Feſtus, quod

huc pertinere, genium esse unius cujusque loci Deum ex multorum sententia recenset Virg. lib. 5.

Incertus geniumne loci, famulumne parentis

Esse putet, & lib. 7.

Geniumque loci, primamque Deorum

Tellurem, Nymphasque, & adhuc ignota precatur

Flumina. Sed utroque loco Servius consulendus est. Aufonius etiam de claris urbibus.

Salve urbigenius. Genius quoque Centuriæ legitur Romæ apud Judæos in pervertuto lapide.

M. AVTIVS. M. F.

STELL. AGRICOLA

TAVRINVS

MISSVS. HONESTA

MISSIONE

FLACCO. ET

GALLO. COS.

ARAM. GENIO

CENTVRIÆ.

17. *Quale per aetheros mundani verticis axes*
Connubium summi credimus esse Dei.) vide Platonem in Timæo. Servius in illud Virg. Lib. 6.

Principio calum, ac terras, camposque liquentes.

Lucentemque globum Lunæ Titanique astræ

Spiritus intus alit, totamque infusa per aëris

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet. Hos duos Rutilii versus declarat. Deus, inquit, est Spiritus divinus, qui per quatuor infusus elementa, gignit universa; igitur si de elementis & Deo nascuntur omnia, unam originem habent, & par est, natura omnium, hac ille, quo simili ostendit nos, ut infernet inferi, Romam totum orbem terrarum privilegio complexam ex orbe urbem fecisse.

17. *Mundani verticis.)* Cæli medium Seneca lib. 7. Naturalium Questionum de Cometis disputans, inquit, *ille enim a septentrione in verticem sur-*

gens orientem petiit. Macrobius lib. 1. Cap. 21. de Somnio Scipionis.

Et quia medium Calum quasi mundi vertex est, idem lib. 2. cap. 11. de Somnio Scipionis.

Quid mundanus significet explicat his verbis. *Inde & mundanus, quia mundus proprie calum vocatur, & lib. 1. cap. 20. Ipsum quoque calum, quod vere mundus vocatur.* Lucretius lib. 1. *Nec magni sidera mundi.* Idem sapiens mundum pro cælo dixit. Virg. Georg. lib. 1.

Per duodena regit mundi sol aureus astra, & lib. 9. Æneid.

Torquet qui sidera mundi. Cic. de legibus. *Omne Calum sive mundus sive quo aliquo vocabulo gaudet.* Claudianus in Manlii Theodori Astrologi consularum.

Omnibus audimur terris mundique per aures
Ibimus. Mundi, id est cæli, Auf. Gallus.

Quos indefessa volvens vertigine mundus. Seneca lib. 1. Naturalium: *mundum ipsum præcipiti velocitate labentem, & ortus occasusque intra momentum temporis revolventes nemo nostrum sentit procedere.* Eodem lib. c. 1. *Ergo tu in tantis erroribus es, ut existimes Deos mortuorum signa præmittere, & quid est in terris tam magnum, quod perire mundus sciat?*

19. *At mea dilecti fortuna revellitur oris.)* Id est, urbem Romam multis nominibus mihi, omnibusque carissimam invito relinquo.

Mea fortuna.) Id est, ego. Sic Horat. lib. 3. Ode 5.

Mens provida Reguli. & 21.

Narratur, & præsci Catonis sæpe mero caluisse.

Virtus. & Ode 3. lib 1.

Perrupit Acheronta Herculeus labor. Id est, Regulus, Cato, Hercules.

20. *Indigenam suum.)* Civem suum natura. Virg. 8. *Hæc memora indigenæ fœni, Nymphæque tenebant.* ubi Servius & Donatus, indigenas inde genitos interpretantur. idem 12.

Nec vetus indigenas nomen mutare Latinos. Ovid.
10. Met.

Est ager indigena Damascum nomine dicunt.

Saxa indigena Rutilius dixit lib. 2.

Indigenis superat ridentia lilia saxis.

21. *Ille quidem longis nimium deformia bellis:*

Sed quam grata minus tam miseranda magis.) Locus sumtus videtur ex Ciceronis Epist. 9. lib. 6. ad M. Marcellum. Nunc vero nec locus, tibi ullus dulcior esse debet patria, nec eam diligere minus debes quod deformior est, sed misereri potius, nec multis claris viris orbatam privare etiam aspectu tuo.

25. *Præsentis lacrimas rectis debemus avitis.)* coram dolendum est. Lacrimas autem sine aspiratione per tertiam vocalem nostram scribimus ex veterum monumentorum fide, licet aspiratio sit in lapide per vetusto, quem magno labore descripsimus, quod esset in pavimento S. Mariæ Transpontinæ omnibus pedibus protritum. Pergaturum iis, qui linguam Latinam auctam volunt facturum me arbitror, si Epitaphium sane antiquum veribus conscriptum vulgavero.

MVSA ET.
MEGISTE ET
ONESIMVS
MNÆ DVLCISSIMÆ.
FECIT.

VIXIT. ANN. VNO. MENSIS. XI. DIEB. XX.
NATA. SET. IN. LACRIMAS. SOLVM DO-
LOR OMNIBVS. INFANS.
HIC. SITA. SVM. VIXI. TEMPVS. INANE MEIS
ANNVS ERAT. NATÆ PRIMVS MOX DENDE
SECVNDI.
LIMI... S. RAPVIT. ME. SIBI. PERSEPHONE

Principem dictionem postremi versus pæne deletam LIMINIBVS. incisam fuisse conijcimus.

25. *Teclis avitis.)* Virg. Georg. 3. *regnis excessit avitis.*

30. *Vel pastorales adificare casas.)* vel pro faltem hoc loco.

Pastorales casas.) Papinius Statius Theb. 12. *Teclumque adgressa propinqua.*

31. *Ipsi quin etiam fontes.)* Sic Virg.

Ipsite fontes, ipsa hæc arbuta vocabant.

34. *Et desideris addere vela meis.)* addere pro reddere, quod erat in excusis visum est rectius, ut addere calcar, apud Horat. Et *vatibus addere calcar.*

37. *Terrena viarum.)* Terrestre iter.

38. *Plana mandent fluviois.)* Silius Italicus lib. 10.

Plana natant, putrique gelu liquentibus undis

Invida limosa restagnant arva palude.

39. *Aurelius agger.)* Via Aurelia, quæ ab urbe per Tusciam, & Alpes maritimas ducebat, ut docet Antoninus. Agger autem militaris via dicebatur. Papinius Stat. Sil. lib. 2.

Qua nobilis Appia crescit,

In latus & molles solidas premit agger harenas. Idem 2. *Flaminio qua limite Milvius agger, Transvehit.* Amm. lib. 19. *Tamquam itinerario aggere, vel superposito ponte complanatum spatium.*

Aggerem autem gemina gg constare nemo non intelligit, quod non annotassem nisi mendum irrepissem in Panviniana editione animadvertissem. Librarius deceptus est fortasse similitudine vocis qua videtur Rutilius jocularis hoc versu. *Postquam Tuscus ager, postquamque Aurelius agger.* sic habet lapis apud Reverendissimum D. Hadrianum Fusconium Episcopum Aquini:

DIS. M.
L. CORFIDIO
SIGNINO
POMARIO
DE AGGER.

A. PROSEVCHA
Q. SALLVSTIVS
HERMES
AMICO. BENE MERENTI
ET NVMERVM
OLLARVM DECEM

40. *Perpeſſus Geticas enſe vel igne manus*) vel conjunctiva, ut apud Virg. lib. 6. *pariter pietate vel armis Egregius.*

40. *Manus Geticas*) Gothos eſſe Getas, qui Gothi ſunt appellati. Iſidorus Etimolog. lib. 9. 2. docet his verbis. *Gothia Magoth filio Iaphet nominati putantur de ſimilitudine ultima ſyllaba, quos veteres magis Getas, quam Gothos vocavere; & potentiſſima mole ardua corporum armorum genere terribilis, de quibus Lucanus, Hinc Dacus premat, inde Getæ ſuccurrat Hiberus. Daci autem Gothorum ſoboles fuerunt, & diſtos putant Dacos quaſi Dagos, quia de Gothorum ſtirpe creati ſunt.*

40. *Enſe vel igne*) hæc duo conjunxit Seneca lib. 1. *Quæſtionum Naturalium. Hoc eſt illud punctum, quod inter tot gentes ferro & igne dividitur.*

45. *Laude litamus*) Laudatione placamus qua ſacrificii loco ſit. Legendus eſt Ariſtides in præmio de laudibus Romæ, quem imitatus eſt noſter.

46. *Inquantum*) quantum, quæterus. Plinius Junior in Epistoſis. *Ame inquantum poterit, requirerentur.* Senec. de Benef. lib. 1. *Danti in tantum producenda notitia eſt muneris ſui, inquantum delectatura eſt, cui datur: in tantum extulit etiam Plinius ſenior lib. 30. cap. 1. In tantum fides iſtis. Virg. lib. 6. in tantum ſpe tollit aves.*

47. *Regina tui mundi*) Ammianus lib. 14. *Per omnes tamen quoquoſque ſunt partes terrarum ut domina ſuſpiceris & Regina.*

48. *Sidereos polos*) Papin. Stat. lib. 10. *Sidereis Regina poli.*

49. *Genetrix hominum genetrixque Deorum*) Aufonius.

Prima

Prima urbes inter divum domus aurea Roma
Claudianus Panegyrico 1. *Stilichonis*
Matrem Regumque Ducumque.

Genetrix autem in ſecunda ſyllaba ſecundam vocalem retinet, non tertiam, ut vulgo fit corruptiſſime, quod etiam animadvertit Joſ. Pierius in Virg. Quam ſcribendi rationem præter libros manuſcriptos lapides hi, quos ipſe vidit, ac deſcripti Romæ, tuentur in Baſilica S. Crucis in Hieruſalem.

DOMINÆ. NOSTRÆ. FL. JVL.
HELENÆ. PISSIMÆ. AVG.
GENETRICI. D. N. CONSTANTINI. MA-
XIMI. VICTORIS.
CLEMENTISSIMI. SEMPER
AVGVSTI AVIÆ CONSTANTINI.
ET CONSTANTII. BEATISSIMORVM. CAE-
SARVM
JVLIVS. MAXIMILIANVS. V. C. COMES
PIETATI. EIVS. SEMPER. DICATIS.

Et in pavimento Baſilicæ S. Pauli; nolimus enim quidquam, quod ad locupletandam Latinam linguam pertineat, deperire.

Post mortem ſi vivit amor ſi gratia priſca,
Durat in arcanum mentis adacta bonum.
Quamvis ludificum, fratris tamen accipe carmen,
Ne mala ſit iumulis extera lingua tuis.
Te natura parens omni depinexerat arte,
Moribus, ingenio, corpore, mente, fide.
Purus amicitie cultor, ſervator honeſti,
Eloquio miſeros; vel pietate forens
Hinc eſt quod toto ſemper te ſtebimus avo
Quod fuerat juveni vis tibi multa ſenis
Te genetrix, fratresque ſimul te compare lucis
Perpetuis lacrimis plangit amata Domus.

53. *Obruerint citius ſcelerata oblivia ſolem*) id eſt, Solis,

Solis, quem quotidie cernimus, obliviscemur facilius.

54. *Quam tuis ex nostro corde recedat honos*) Virg. Ecl. 1.

Quam nostro illius labatur pectore vultus.

55 *Nam Solis radiis aequalia munera tendis*

Qua circumfusus volvitur Oceanus.

Volvitur ipse tibi qui continet omnia Phabus,

Eque tuis ortos in tua condit equos.)

Aristidis encomio Romæ sententiam videtur expressisse: Τὸ ἰσχυρὸν ἡλίου ποταμῶν εἶναι κτήσιν ὀφειστέον, καὶ τὸν ἡλιον διὰ τῆς ὀφειστέας ποταμῶν.

58. *Eque tuis ortos in tua condit equos*) Legebatur ortus ad equos nos ortos retulimus.

61. *Quantum vitalis natura tetendit in axes*) plebrasque terræ partes inhabitabiles credebant veteres. Quare apud Virg. interpretes in Georg. *Quinque tenent calum zona*. Quantum vitalis natura. Id est ubicunque vivitur & habitatur.

62. *Fecisti patriam diversis gentibus unam.*) Quarto abhinc versu auget hanc sententiam. Seneca ad Albinam, *denique ab hac Civitate discede, quæ veluti communis patriæ potest dici*, & Modestinus in L. Roma. ff. ad municip. Roma communis patriæ nostra est.

64. *Profuit invictis te dominante capi.*)

Invictis injustis erat, quod mendum literarum similitudine conflatum substulimus. Nam sic infra. *Quos immit, superat, quos superavit, amat.*

66 *Urbem fecisti quod prius orbis erat.*) Plinius l. 3. c. 5. *Numine Deum electa, quæ calum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret. & tot populorum discordes, feraeque linguas sermone commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breviterque una cunctarum gentium in toto orbe patriam feret.* Aristidis hic orationem fere totam inferuissem, quæ ille Urbis Romæ laudes celebrat, nisi lectoris otio aburi inoluisssem, satis officio meo factu-

facturum me arbitror, si interdum locos, unde Rutilius ad opus suum concinnandum permulta hauserit, indicavero. Claudiani vero, qui eodem fere tempore, quo Rutilius floruit, non possum quæ Paneg. 3. in Stilichonem decantata sunt, non inculcare.

Hæc est, in gremium victos quæ sola recepit Humanumque genus communi nomine fovit Matris, non domina ritu, civisque vocavit. Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.

Huius pacificis debemus moribus omnes Quod veluti patriis regionibus utitur hospes.

Quod sedem mutare licet, quod cernere Thulen

Rursus, & horrendos quondam penetrare recessus.

Quod bibimus passim Rhodanum, potamus Orontem.

Quod cuncti gens una sumus.

67 *Auctorem generis Venerem, Martemque fate-mur.*) Romanorum originem a Diis ductam interpretatur ingeniose tertio abhinc versu.

Mitigat armatas victrix clementia vires. Virg. lib. 6.

Tu regere imperio populos Romane memento Hæc tibi erunt artes pacisque imponere morem Parcere subiectis, & debellare superbos.

73 *Inventrix Oleæ*) Minerva sic Virg. 1. Georg. *Oleaque Minerva inventrix.*

73 *Vinique repertor*) Bacchus

74 *Et qui primus humo pressit aratra puer.* Triptole-mus.

75 *Aras Pæoniam meruit medicina per artem.*) Plinius auctor est medicinam divinos honores meruisse.

76 *Factus & Alcides nobilitate Deus.*) Hercules Deus factus est, aut nobilitate, id est, ob virtutem in calum adlumptus est. Virg. lib. 6.

Aut ardens exivit ad æthera virtus. Aut certe mobilitate: nam peragrato orbe, domitis monstris laboribusque illis exhaustis in Deorum numerum relatus est; factus pro fretus & mobilitate pro nobilitate, quod erat infra quoque reposuimus. *Tutior autem sumus mobilitate fugæ.*

77 Tu quoque legis mundum complexa triumphis.) Horat. od. 4. lib. 3.

Triumphat isque possit Roma ferox dare jura Medis.
Claud. in Stil. Paneg. 3.

Armorum legumque parens, qua fundis in omnes,
Imperium, primique dedit cunabula juris.

78 Fasces communi vivere cuncta facis.) Claudianus.

Humanumque genus commune nomine fovit.

79 Te Dea te.) sic Lucretius. Te Dea te fugiunt
veni.

81 Omnia perpetuos qua servant sidera motus,
Nullum viderunt pulchris imperium.)

Claud. in Stilichone 3. Paneg.

Proxime Diis Consul tanta qui prospicis Urbis
Qua nihil in terris complectitur altius aether
Cujus nec spatium visus nec corda decorum
Nec tandem vox ulla capit.

83 Quid simile?) Interrogationis notam sic ponendam censemus, siquidem, Rutilius dixerat nullum imperium Romano praferendum, nunc autem ne conferendum quidem. Sic locutus est Cicer. Epist. 15. lib. 8. ad Papirium Pætum.

Catulum mihi narras, & illa tempora, quid simile?

83 Affrii contere contigit arma
Medi finitimos cum domuere suos.

Magni Parthorum Reges Macedumque Tyranni

Mutua per varias jura dedere vices.)

Claudianus 3. paneg. in Stilichonem.

Nam caetera regna,

Luxuries vitiis, odiisque superbia vertit

Sic male sublimis fregit Spartanus Athenas

Atque idem Thebis cecidit, sic Medus ademit

Affrio Medaque tulit mox deamina Perses

Subjecit Persen Macedo cessurus & ipse

Romanis.

Aristides in Encomio Romæ; οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι οἱ
πρὸς ὑμῶν δυναστέσσιντες δεσποῦνται καὶ δόλοι ἀλλήλων
ἐν τῷ μέτρῳ γυρόμενοι. καὶ νόθοι τῆς ἀρχῆς ἐπὶ διεξ-
ἴλθον,

ἴλθον, ὡς περ ἐν σφαίρα ταῖς μεταλαμβάνοντες, καὶ
ἰδὲ δόσω Μακεδόνες Πέρσιν, Πέρσαι Μήδοις, Μή-
δοι Σύγγοις. Id est; qui enim ante vos dominati sunt
servi Dominique inter se alternis vicibus nec legitime
imperio adfetti sic degere quasi in pila ordinem commu-
tantes; serviere Macedones Persis, Persa Medis, Me-
di Syru. Videndus est Dionys. Halicarn. de principis
his imperiis.

87. Nec tibi nascenti plures animaeque manusque.
Claud. 3. Paneg. in Stilichonem.

Hac est exiguis qua finibus orta tetendit
Ingeminos axes, parvaque à sede profecta.
Dispersit cum sole manus.

92 Excedis factis grandia facta tuis. Fata Panvini
habet editio.

93 Decora alta.) Virg. lib. 1. Æneid.
Scenis decora alta futuris.

Idem lib. 2.

Auratasque trabes veterum decora alta parentum.

95 Confunduntque vagos delubra micantia visus
Ipsos crediderim sic habitare Deos.) Claudianus

6. Consulatu Honorii

Attollens apicem subiectis regia nostris
Tot circum Delubra vides, tantisque Deorum

Cingitur excubiis jura intra testa Tonantis

Cernere Tarpeja pendentes rupe gigantes

Celatasque fores, medisque volantiæ signa

Nubibus & densum stipantibus aethera templis.

97 Aërio pendentes formice rivos.) Aqueductus.
Papinius stat. lib. 1. Silv.

Vos mihi qua Latium, septenaque culmina Nymphæ

Incolitis, Tiberimque novis attollitis undis,

Quas præceptis Anien, atque exceptura natans

Virgo juvat Marsaque nives, & frigora ducens

Marcia, præcelsis quarum vaga molibus unda

Crescit, & innumero pendens transmittitur arcu.

Vide Cassiodori formulam comitivæ formatum
urbis lib. 7. cujus pauca adjuncti; quod enim illic sum-
mna quasi constructibus montibus perducuntur naturales
credas

credas alveas, soliditates saxorum, quando tantus impetus fluminis tot seculis firmiter potuit sustineri, & infra, Sed quanto pulchrius est Claudiam Romam per tot siccas montium summities lavacris ac domibus liquores purissimos fistularum uberibus emisisse.

103 Roscida venit.) sic Virg. lib. 7. Æneid.

Et roscida rivis.

Hernica saxa colunt.

104 Narivo fonte.) non deducto.

107 Nempe tibi subitus calidarum gurges aquarum Rupit Tarpejas hoste premente vias.) Apud Ovid.

lib. 1. Faكتورum integram hujus rei seriem leges. Hic aliquot versus adposui.

Oraque, quæ pollens ope sum fontana reclusi,

Sumque repentinas ejaculatus aquas.

Anie tamen madidis subjecti sulphura venis.

Clauderet ut Tatio fervidus humor iter.

Enjus ut utilitas pulsus percepta Sabinis

Qua fuerat, tuto reddita forma loco est.

107 Subitus.) repentinus, quod Ovid. dixit eo versu.

Sumque repentinas ejaculatus aquas.

111 Quid loquar inclusas inter laquearia silvas?) Seneca lib. 1. Natural. Nec potest ante contemnere Porticus & lacunaria ebore fulgentia, & pensiles silvas, & derivata in domos flumina.

114 Deliciasque tuas.) Delicias scribimus perfectam mutam: est enim a deliciendo delictum, & deliciae, quam scribendi rationem vetustissima servant monumenta Romæ in Campo sancto.

DELICIO SVO

Et in hospitio Trinitatis.

CLAUDIÆ
PSAMATHE
VIX ANN. XXIII.

C. FV.

RUTIL. ADNOTAT. 47
C. FVRINIVS FAVSTVS
DELICIO. SVO
PORPHIRIO. CÆSAR
AVG. SER
JVCVNDIANVS
CONJVGI. KARISSIMÆ.

Et alius lapis cujus mihi exemplum dedit Fulvius Ursinus vir doctissimus, atque humanissimus.

V. SALVIDIENA Q. L. HILARA SIBI ET SVÆ
LIBERTÆ SALVIDIENÆ FAVSTILLÆ
DELICIA SVÆ ERVDITÆ OMNIBVS
ARTIBVS RELIQVISTI MAMMAM TVAM
GEMENTEM PLANGENTEM
FLORANTEM VIX ANN. XV. VIRGINEM
ERIPVIT FATVS MALVS DESTITVISTI
VITILLA MEA MISERAM
MAMMAM TVAM.

115. Erige crinales lagros) Pap. Stat. lib. 11.

Crinalem attollit longo fridore cerastem.

115. Seniumque sacrati Verticis in virides Roma
recinge comas.

Claud de Bella Gethico:

Surge precor veneranda parens, & certa secundis

Fide Deis, humilemque metum deponere senecta
Urbs aquava polo.

Idem de bello Gildonico.

Dixit, & adflavit Romam meliore juventa

Continuo redit ille vigor, senisque colorem

Mutavere coma solidatam crista resurgens

Erexit Galeam Clypeique recanduit orbis.

Et levius excessa micuit rabigine convus.

118. Per-

118. *Perpetuosque ignes aureus umbo vomat.*) Virg.
lib. 10.

*Ardet apex capiti cristisque a vertice flamma
Finditur & vastos umbo vomit aureus ignes.*

Idem lib. 11.

Sed sustinet aureus umbo.

Pap. Statius Th. 3. *Clypeique cruenta*

Lux rubet, & solem longe ferit amulus orbis.

Ausonius Gallus.

Vomit aurea flammæ

Cassus & undantem Clypeus defulgurat ignem.

119. *Abscodat tristem deleta injuria casum.*)
Amnesia. Injuriarum oblivio; de qua Cic. in 1.
Philipp. in principio.

119. *Tristem casum.*) Gothicam direptionem
urbis.

120. *Contentus solidet vulnera clausa dolor.*) Con-
tentus legebatur. Nos contentum dolorem credi-
mus legi oportere.

121. *Adversis sole mne viris sperare secunda.*)
Hunc versum ita posse restitui putabat Achilles Sta-
tius: *Legebatur antea*

Adversis solem ne vis sperare secunda.

Nam sole mne viris, conjunxit Horat. *Epist. ad
Lollium.*

Romanis sole mne viris opus Ad eam nimirum
sententiam respexerat Rutilius, qua usus est Horat.
Ode 10. lib. 2.

Sperat infestis, metuit secundis

Aliam sortem bene praparatum

Pectus.

125. *Victoris Breni non dispulit Allia panam.*) Qui
libri excusi sunt, antequam Onuphrius Rutilium
ederet, mendum hoc loco admiserunt: Panum
enim in iis non panam est legere. Illud non omit-
tendum est, in Panviniana editione, aliam unice
tantum esse impressam, Servius lib. 6. *Æneid.*
Metri causa geminatam liquidam scribit ad illum
versum.

Quos-

Quosque secans infaustum interluit Allia nomen.
Allia fluvius, inquit, haud longe ab urbe est, juxta
quem Galli Breno duce decimo quinto *Calendarum Au-*
gustarum die delecto exercitu post iridium deleverunt
etiam urbem excepto Capitolio. Sane *Allias* additum
est l. propter metrum, ut reliquias. Lucanus bene
posuit, *Quas Allia clades.* Hoc Lucani hemisti-
chium apud Lucanum adhuc invenire non potui,
quo fit ut putem Servii verba esse mendosa.

124. *Panam*) Græce scribitur *πανή*, ut nihil sit
opus auctoritate lapidis, liber tamen, quod est ad
S. Spiritus Hospit. ad pingere monumentum.

... OC MONUMENTVM

.. VI. EXTERVM. CORPVS. INDV-
CERE VOLVERIT POENÆ
NOMINE. INTER ET. ARCÆ. PON-
TIFICOM.

Claudianus de bello Getico eandem sententiam ex-
presse.

*Sæpe laceffitam sed non impune fatemur
Ausoniam, hæc Senonum restinxit sanguine flammæ.*
Eodem lib.

*Hanc urbem insano nullus qui Marte petivit
Latatus violasse redit.*

129. *Qua mergi nequeunt nix majore resurgunt,
Exiliuntque imis altius acta vadis.*) Seneca lib. 2,
Natur. *Discus ex loco superiore in piscinam missus non
descendit, sed resilit.* Quod vero acta reposerim,
cum in vulgatis sit, *allia*, pluribus ut probem non
est necesse

133 *Romana sæcula.*) respexit ad ludos sæculares,
quorum auctores Romani fuerunt, & ut Ovid.
Kalendas Ausonias dixit, sic Rutilius Romana sæ-
cula.
Solæque fatales non vereare colus.) Claud. de bello
Gildonico.

Urbis aquæ a polo, tum demum ferrea sumet.

C

Jus

*Jus in te Lachesis, cum sic mutaveris axem
Fœderibus natura novis.*

135 *Quamvis sedecies denis, & mille peractis,
Annus præterea jam tibi nonus eat.*) qui annus est ab
urbe condita MCLXIX.

135 *Sedecies.*) Ut sevirus, a sex & decies, & viri
X littera abjecta, ut habet lapis a me descriptus Ro-
mæ in templo S. Martini in Exquiliis.

L. VALERIO. L.F....
BALBINO MAXIMO..
CVR. REIP. LAVR. LAVIN..
ITEM COGNOSCENTI. AD. SA.
APPELLATIONES XV. VIR. SAC.
SEVIRO EQVITVM ROM...
AMICO INCOMPARA..

Et alius lapis, qui est Narbonæ Decimanorum.

L. AEMILIO. L. F. PAP. ARCANO.
TRIB. MIL. LEG. XI. GEM. ET. TRIB.
MIL. LEG. I. MINERV. ITEM. TRIB.
MIL. LEG. II. AVG. OMNIBVS. HQ.
NORIBVS. IN. COLONIA. SVA. FVNCT.
ADLECTO. IN. AMPLISSIMVM
ORDINEM. AB. IMP. CAES.
HADRIANO. AVG. IIIIII. VIR
EQVITVM. ROMANOR.
QVAESTORI. VRBANO. TRIB.
PLEBIS. PRAETORI. DESIGNAT.
L. AEMILIVS. MOSCVS. IIIIII. VIR
AVG. PATRONO. OPTIMO. POST
OBITVM. EIVS. INLATIS. ARCAE,
SEVIOR. OB LOCVM. ET TVITIONEM
STATVAE. HS. N. IIII.
L.D.D. I. IIII. VIR OR.
ET SPORTVLIS. DEDICAVIT. XIII.

Sevi

Sevirorum etiam equitum Romanorum men-
tionem fieri video in alio lapide, qui anno
M.D.LXXIIX Romæ in Basilica S. Petri effossus
est, ad quem, priusquam erueretur, describendum
altissimis scalis descendit.

C. POMPVSIDIO
FABIO
FRATERO
X. VIR. STL. JVD.
VI. VIRO.
EQVITVM ROMANOR.

146. *Altricemque suam fertilis orbis alat.*) Plinius
lib. 3. cap. 5. *Terra omnium terrenorum alumna,
eadem & parens. Sed mira est in altricem & alat.*

147. *Fecundas tibi conferat Africa messes
Sole suo dives, sed magis imbre tuo.*) secundus sine
Diphthongo scribit. *A. Gellius lib. 16. cap. 12. &
Nonius Marcellus in nomine fenu.* Fertilem autem
Africa partem, & Sil. Ital. canit lib. 1.

*Felix qua pingues mihi plaga temperat agros
Nec Cerere Ennea Phario nec victa colono.*

Idem Horat. ad Od. 1. lib. 1. Tetigit
Quidquid de Libycis verritur arcis.

148. *Imbre tuo.*) Strage. Siquidem Pop. Rom.
Exercitus in Africa sæpe cæsus est. Imbrem sangui-
nis Pap. quoque Statius Th. lib. 5. extulit.

Nexuque madentes

Sanguinis imbre novi:

Et 12.

Et colla cruento

Imbre madent.

Porro uberem fieri terram humano sanguine Ovid.
in Epist. Penelopes significat.

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus

Et Horat. Ode 1. libri secundi.

*Quis non Latino sanguine pinguior campus,
Ex Aegypto autem, atque Africa frumento im-
portato populum Rom. eo tempore ufum fuisse
Claudianus de Bello Gildonico Auctor est.*

*Tot mihi pro meritis Libyam, Nilumque dedere
Ut Dominam plebem bellatricemque senatum
Classibus astrictis alerent, geminoque vicissim
Lustore diversi complerent horrea venti.
Et eodem Lib. 1. tantæ rei frumentariæ compa-
randæ causam explicat.*

Quid mihi septenos montes, turbamque dedistis

*Quo parvo non posset ali, felicior essem
Angustis opibus, malle tolerare Sabinos
Et Vejosi brevior duxi securius ærum
Ipsa nocet moles, utinam remeare liceret
Ad veteres fines, & mania pauperis Anci
Sufficerent etrusca mihi campanaque culta.*

149. *Confurgant horrea sulcis.* (ὕπερβολικόν.)

150. *Pinguiæque Hesperio neclare prala fluant.*)

Sic Tibullus, quem hoc loco Rutilius imitatus vi-
detur de frumenti & vini copia.

*Nec spes destituat, sed frugum semper acervos
Præbeat, & pleno pinguia musta lacu.*

152. *Romuleis ossibus*) Templum Romuli sunt
qui intelligant, vel Augusti Mausoleum Hadriani-
que Sepulchrum prope Tiberim situm, quo alio-
rum quoque Imperatorum cineres inferebantur:
sed nos pro ossibus, classibus hic esse locum cense-
mus. Sicque in margine libri posueramus, quod
ab operis prætermisum est. Hanc nostram conjectu-
ram Fulvii Ursini viri cum sanguine, tum libris
editis illustrissimi confirmat liber, & proximi
versus ipsius Rutilii de Tiberi navigiis idoneo.

155. *Pande precor gemino placatum Castore pontum
Temperet aquoream dux Cytheræa viam.
Quorum nomen navigantibus præsentissimum
putabant Horat.*

Sic te Diva potens Cypri,

Sic fratres Helena lucida sidera

Ventorumque regat pater

Ob-

Obstructis aliis præter Japiga, Navis.

155. *Gemino Castore.*) Catullus, *Gemelle Cas-
stor, & Gemelle Castoris.*

157. *Regerem cum jura Quirini.*) *Cum essem præ-
fectus urbis.*

158. *Consuluique patres.*) *rogandis sententiis.*

159. *Nam quod nulla mecum strinxerunt crimina
ferrum.*

Non sit præfecti gloria, sed populi.

Neminem Rutilius urbis præfectus supplicio ad-
fecit, quod ne lenitati suæ tribuere videatur, Popu-
li Romani bonos mores id demeruisse confirmat.

Sed Magistratus a Severitate longe abesse oportere
Ammianus Marcellinus ostendit lib. 19. (in
fine.) *Imitandus sit Tullius cum parcere, vel ledere
potuisset ut ipse adfirmat ignoscendi quærens causas non
puniendi occasiones, quod iudicis lenti, & considerati
est proprium. Et infra Lauritius adjecta Comitibus digni-
tate missus est rector, homo civilis prudentia, qui minis
potius quam acerbitate pleraque correxit, adeo ut eo
diu provinciam obtinente nihil acciderit, quod animad-
versione dignum existimaretur.*

166. *Sicca luce.*) Horat. Od. 11. lib. 1. *Siccis ocu-
lis.* Pap. Stat. lib. 1. *Lumine sicco.*

169. *Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen
Et Reges Rutulos teste Marone refert.*) Virg. lib. 11.
opinor locum dicit.

*Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis
Duc ait, & Rutulos.*

172. *Primævus meus.* Ammianus *recepisti pri-
mævus originis tuæ splendidum florem.*

172. *Principis ore loqui.*) *Vice sacra.*

173. *Rexerat ante puer populos Proconsule Pænos.*)
Aufonius Gallus.

*Hujus ego & natum, & generum Proconsule vidi.
Proconsule & Proconsul dicebatur eo tempore. Id
quod S. Augustinus in libello de Grammatica do-
cet. Ab e littera vocali nullum latinum, nisi junctâ
præpositione masculinum invenitur, ut Proconsule,*

Propatore, ergo juncta præpositione fiunt latina; ut dixi Propatore, Proquafore. Nam veteres nominativo casu Proconsul dicebant, attendentes nullum nomen latinum exire in e litteram nominativo casu generis Masculini.

174. *Æqualis terror, amorque.*) Claudianus ad Gennadium.

Utraque gens fasces horret, amatque tuos.

176. *Si fas est meritis fidere Consul eris.*) Hoc dicendi genus nos expressimus in iis versibus, quos ad illustrissimum Scipionem Gonzagam Præsidem meum tum eruditorum omnium, ac sæculi nostri unicum decus nuper scripsimus.

Sic te quod voluit P I U S,

Et spes est, meritis fidere si licet.

Sacra menia qui tenet

Urbis purpureis patribus inferat:

Sic præsens mihi S C I P I O

Ne, dum sævit hiems, fluctibus obruar.

Sospes te mea Castalia

G O N Z A G I S atavis; & canet H E R C U L E

Dignum magnanimo parcom.

Cui non invenient postera sæcula.

176. *Consul eris.*) Pap. Stat. lib. 1. Silv.

Hunc & bisenos, sic indulgentia pergat

Principis Aufonii cernes attollere fasces.

Aufonius Gallus.

Consul ut ipse foret, spes mihi certa fuit.

179. *Fronte bicorni.*) Tiberis Insula prope mare disjunctus duobus hostiis exoneratur in mare.

180. *Dividius Tiberis.*) Ovidius,

Dividua qua premit amnis aqua.

Tiberim in mare dividum influere Ovid. lib. 24.

Fast. scribit,

Ostia contigerat, quæ se Tiberinus in altum.

Dividit, & campo liberiove natat.

181. *Levis fluvius.*) Sinistram Tiberi partem Atria dixerunt. Ovid. lib. 4. *Fastorum.*

Fluminis ad flexum veniunt, Tiberina prior

Atr

Atria dixerunt, unde sinister abit.

181. *Inaccessis arenis.*) ad quas nullus debet accedere, ut Servius docet in illud sept. *Æn.*

Dives inaccessos ubi solis filia lucos

Adsiduo resonat canu

181. *Arenis.*)

Pap. Stat. 1. Silv.

Aut medicis felix Epidaurum arenis.

Virg. lib. 2. Georg.

Quem quis scire velit, Libyci velut æquoris idem

Discere quam multa Zephyro turbentur arena

Horat. lib. 3. Ode 4.

Utunque mecum vos eritis libens

Insanientem Navita Bosphorum

Tentabo, & arenis arenas

Littoris Assyrii viator.

Et sexcentis locis reperies arenas numero multitudinis contra Cæsaris sententiam apud A. Gellium lib. 19. c. 8.

182. *Hospitis Æneæ gloria sola manet.*) Virg. lib. 7. *Æneam hostiam subeuntem facit.*

185. *Cunctamur tentare salum.*) In lib. omnibus impressis legitur solum corrupte; nos salum restituumus.

185. *Portuque sedemus.*) Portum Hostiæ à D. Cæsare destinatum & omisum D. Claudius primum extruxit, deinde Trajanus munivit. Vide Suetonium in D. Claudio, Plutarchum in D. Cæsare. Plinium lib. 39. c. 9. & Dionem, Procopium lib. 1. de Bello Gothico legendus est.

194. *Caput orbis.*) Plinius lib. 3. cap. 5. *Et Roma terrarum caput.* Aufonius Gallus;

Quique caput rerum Romam.

Bonum fatum sortitam esse Romam Prosper A-quitanicus lib. de ingratis testatur.

Sedes Roma Petri quæ pastoralis honoris

Facta caput mundo, quidquid non possidet armis

Religione tenet.

Idem quoque S. Paulinus canit. 3. *Natali B. Felicis.*

Nam prius imperio tantum & victricibus armis
Nunc & Apostolicis terrarum es prima sepulchris.
Venantius etiam Fortunatus, quem nos primo quo-
que tempore locupletiolem atque emendatorem
in hominum piorum gratiam emittemus, caput
orbis urbem dixit.

Conveniunt ad festa simul sua dona ferentes
Hi, quorum cineres urbs caput orbis habet.

195. Quamquam signa levis fumi commendat Home-
rus.) Homerus Odysseia

Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς
Γέμεν & καπνὸν ἀποδύσκοντα γόσται
Ἦς γάνη βαλεῖν· νιμφοπέται. Quod sic vertimus.

At magnus Ulysses
Ut possit patria fumum modo cerypse terra
Pesse mori optavit.

198. Septenis jugis.) Montibus, collibus. Pap.
filv. 2.

Dum per juga septem.

Et infra.

Sed septem juga Martiumque Tibrim.

Et 4.

Et septem gemino jaçantior athera pulset
Roma jugo, plusque ante alias Euandrius arces
Collis ovet.

203 Pulsato nota redduntur ab aethere voces. Ad
aethera legebatur, ab aethere reposuimus.

204. Vel quia perveniunt, vel quia fingit amor.)
Sic Virg. Ecloga 8.

Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

206 Dum melior luna sideret aura nova.) Ventus
prederet lunæ novæ, ne mutaretur scilicet.

209. Facundus juvenis Gallorum nuper ab arvis.
(Missus Romani discere jura fori.) Romam venie-
bant ad jus civile discendum, atque alias disci-
plinas. Modestinus in L Titio. ff. ad municip.
& de incol. Cum esset Romæ studiorum gra-
tia.

211. Filius affe tu, stirpe, propinquus habet.) Ad-
fectus

fectus non geminato ff scribimus, sed tertiam mu-
tam in prima Syllaba retinemus. Quod ut servetur,
& ratio compositionis, fit enim ex ad propo-
sitione, & lapidis ejus, quem supra produximus
auctoritas persuadet, ubi legitur A D F E C T I O -
N E.

218. Redditus color.) ut dici ad ventu rebus color-
rem reddi, ita noctis adimi scribit. Virg. lib. 6.
Æneid.

— Ubi cælum condidit umbra
Jupiter, & rebus nox abstulit atra colorem.
Et beatus Ambrosius.

Nox atra rerum contegit
Terra colores omnium.

222. Mobilitate fuga. Nobilitate editio Roma-
na & Bononiensis habet mendose. Panvinius mobi-
litate Faëni conjectura reposuit, quem locum ita
nos etiam castigaveramus.

223. Albia praelegitur tellus.) Sil. Ital. lib. 8.
Nec non Argolico dilectum littus Aleso
Alsiuum.

227. Stringimus absumtum fluclique & tempore ca-
strum.) Absumtum supplevimus. Legitur in im-
pressis omnibus versus hic imperfectus.

227. Stringimus.) Radimus, pratervehimur.
Virg.

Stringentem ripas, & pingua culta secantem.
Quem versus integrum sumsit Aufonius in Mo-
scella.

232. Hoc Inui Castrum.) Decem hos versus Servii
verbis explicabimus, qui ad illud sexti Æneid.
775. Castrumque Inui. Sic inquit. Una est in Italia
civitas Castrum novum dicitur, de hoc autem ait Ca-
strum Inui, i. e. Panos qui illic colitur. Inus autem
Latine appellantur, Græcè Πάν, item ἐπιάντης Gra-
ce, Latine Incubus. Idem Faunus, item Faunus Fa-
tuus; dicitur autem Inus ab inuendo passim cum
omnibus animalibus, unde & Incubus dicitur. Castrum
autem Civitas est. Nam Castra plurali numero dicimus.

Licet legerimus in Plautio Castrum panarum, quod etiam diminutio ostendit. Nam Castellum dicimus

233. *Tyrrenus mutavit Manala silvis. sic Horat. Od. 17. lib. 1.*

Velox amœnum saepe Lucretilem Mutat Lycao Faunus.

Et Ode 1. Epod.

Penisve calabris ante sidus fervidum, Lucana mutet pascua.

237. *Ad Centumcellas forti desleximus Austro Tranquilla puppes in statione manent.*

Molibus æquoreum concluditur Amphitheatrum,

Angustosque aditus insula fattategit,

Attollit geminas turres, bifidoque meatu,

Faucibus arctatis pandit urumque latus.

Centumcellensem portum describit. Sed qui Pyrgos fuisse contendunt, ubi nunc, quæ vulgo dicitur *Civitas vetus* ducti levissima verbi similitudine quo Virg. utitur, & *Pyrgi veteres*, eos & loci ratio, & duo Auctores præstantissimi Plinius & Rutilius plane confutant. Nam Pyrgis portum nullum fuisse ignorat nemo, qui norit à Strabone Plinioque hunc maris tractum importuosum vocari. Ad Centumcellas autem portum in Amphitheatri formam Trajanus extruxit, ejus vestigia hodie quoque extant. Quod si quis dixerit Pyrgos in Centumcellas migrasse, aut proxime sitos, ex Antonini Itinerario, & Rutilio nostro refellitur. Diversos enim, ac disparatos, *Cære* & *Castro novo* constat. Audiamus Rutilium ex Hostia portu solventem.

Alsa prælegitur tellus, Pyrgique recedunt,

Nunc villa grandes, oppida parva prius.

Stringimus absumtum fluctuque & tempore castrum Tum paulo post.

Ad Centumcellas forti desleximus Austro

Tranquilla puppes in statione manent.

Vides *Alsum*, *Pyrgos*, *Cære*, *Castro Inui*, *Centumcellas* in ordine commemorari. Præterea *Centumcellas*, non *Pyrgos*, fuisse *Civitatem veterem*

rem argumento est, quod inde propius abest amnis *Minio*. *Rutilius* enim mane ex portu *Centumcellensi* profectus *Minionem* statim conspicit esse, ut ipsemet testatur. *Leve* illud & *frigidum* est, quod de vetere quadam turri, quæ adhuc ibi conspicitur, nec idoneum ad fidem faciendam *Pyrgos* esse, quod tamen pro firmissimo argumento litteris aureis proditum est in ea *Vaticani palatii* parte, quam *GREG. XII. Pont. Opt. Max. Urbis Romæ* instaurator ac prope conditor magnificentissime extruxit, atque elegantissime exornavit: nos, qui *Pyrgos* nomen *Civitatis* amisisse supra *Rutilii* memoriam ex eo versu didicimus. *Pyrgique recedunt Nunc villes grandes oppida parva prius.*

Centumcellas esse *Civitatem veterem* vel ex ipso *Traiani* portu confirmamus, sed corrigendus est *Ptolomæus*, qui portum *Traiani* longe ultra locat, cum *Trajanus* portum munierit apud *Centumcellas* tunc secessum, postea urbem, quam *Procopius* lib. 2. de bello *Gorhico* celeberrimam dicit, & *S. Gregorius* ad *Dominicum Episcopum Centumcellensem* in *Registro* scribit. *Plinius* 2. *Epistula libri sexti*, quæ incipit; *Evocatus in Concilium a Cesare nostro ad Centumcellas hoc loco nomen, longe maximam cepi voluptatem, extremam partem adscribam. Villa pulcherrima cingitur viridissimis aquis, hac iminet litori, ejus in sinus portus velut Amphitheatrum, hujus sinistrum brachium firmissimo opere munitum est, dextrum elaboratur, in ore insula adsurgit, quæ in larum vento mare objacens frangat, rurumque ab utroque latere decursum navibus præstet. Adsurgit autem arte visenda, ingentia saxa latissima navis provehit contra hæc alia super alia dejecta ipso pondere manent, ac sensim quodam velut aggere construuntur, eminet jam & apparet saxorum dorsum impactosque fluctus in immensum elidit & tollit. Vastus illic fragor canumque circa mare. Saxa deinde pile adjiciuntur, quæ procedenti tempore enatam insulam imitentur. Hic portus habet etiam nomen auctoris, eritque maxime salutaris.*

Nam per longissimum spatium litus impositum hoc receptaculo utitur. Hæc ille.

Centumcellas. Procopius lib. 2. de bello Gothico urbem maritimam fuisse in Etruria prope Romam atque ejus laudes refert. Antoninus quoque in itinere ario meminit hujus urbis.

239. Amphitheatrum.) Instar Amphitheatri.

251. Amaro gustu.) marino.

253. Purus odor mollisque sapor dubitare lavantem) in omnibus vulgatis labantem male, sed facilis mutatio b in v.

Ut solet excussis pugnam præludere glebis.
Stipite cum rigido cornua prona terit.

Virg. lib. 10. Æneid.

Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atque irasci in cornua tentat
Arboris obnixus trunco ventosque lacessit

libris, & sarsa ad pugnam proludit arena.

259. Sive Deus faciem mentitus & ora juvenci.)
Deus, Jupiter, faciem & ora. Virg. lib. 1. Æneid.
conjunxit,

Ut faciem mutatus & ora Cupido

259 Ora juvenci.) Hoc quoque ex Virg. sumtum
lib. 5. Æneid.

Dixit, & adversi contra stetit ora Juvenci.

265. Elicitas simili credamus origine lymphas.) In
impressis legimus Nymphas corrupte. Hoc quoque
correximus.

266. Musarum latices ungula fodit equi.) Pegasus
in Helicone fontem dedit, ut superiore tertio
abhinc versu.

Audorem pecudem fons Heliconis habet.

267. Antris Pieris.) antrum Musarum.

267. Spiracula) aquarum eruptiones, aquæ autem
proprie spirare dicuntur, ut in Virg. lib. 10.
Ubi spirant ex veteribus manuscriptis libris, non
sperat, legendum est.

Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat
unda.

Est

Est nempe in primo Georg.

Fervetque spretis spirantibus aquor.

Quod Pierius vidit & testatur in uno ex iis, qui
spirant retinent, superadditam esse paraphrasim
cuiuspiantur.

268. Messalle.) Valeriorum cognomen a devicta
Messana præter Macrobius Seneca antea notavit
l. de brevitate vitæ. Valerius, inquit, Maximus primus
Messanam vicit, & primus ex familia Valeriorum urbis
capta in se transato nomine Messana appellatus est, paulatimque vulgo permutante litteras, Messalla dictus est.
Senecæ liber veteris editionis meus pro Maximus
habet, Corvinus, pro Valeriorum, Valerianum, utrumque mendose, quem locum, ut scripsimus, ex
ingenio emendavimus.

269. Capit.) delectat, allicit, Horatius. A. P.
Ut Pictura Poësis erit, que si propius stes
Te capiet magis, & quadam si longius abstes.

Virg. Æneid. Capiturque locus.

271. Hic est qui primo seriem de Consule ducit
Usque ad Publicolas si redeamus avos. Cur Publicola
sit dictus docet Sil. Ital. lib. 2.

Publicola ingentis Volefi Spartana propago,
Is cultam referens insigni nomine plebem
Ausonios aavo ducebat consule fasces.

273. Præfetti nutu Prætoria rexist.) Præfectus Prætorio
Romæ in Aventino è Regione S. Alexii lapidem
superne fractum descripsi, cujus exemplum
quando non nihil eruditionis habere videretur, huc
producere non alienum putavi.

PROV. AFRICÆ. ET. V. S. JVDI-
CANTI

PRAEF. VRBIS. ET. V. S. JVDICANTI.
ITERVM. COMITI. ORD. PRIMI. INTRA.
PALATIVM, PRAEF. PRÆT. CONSVLI
ORD. PLA-

JOS. CASTAL. IN
PLACIDVS. SEVERVS. V. C. FILIVS.
PATRI. RELIGIOSO.

ET. ANTONIA. MARCIANILIA. C. F.
NVRVS SOCERO. SANCTISSIMO.

275. *Qualem poscat facundia sedem.)* Ipse infert,
Vir bonus esse velit quisque disertus erit.
Cic. Quinilianus, & Fortunatianus, Orator vir
bonus dicendi peritus.

279. *Minione)* Munitionem per quintam vocalem
omnes Rutilii editiones habent. Virg. 10. Æneid.
ubi in manuscriptis omnibus legitur *Minio* per ter-
tiam vocalem.

*Qui Carete domo, qui sunt Minionis in arvis
Paulisper litus fugimus Minione vadosum*

280. *Suspensio trepidant hostia parva solo.)* trepi-
dant dixit propter vada, & brevia.

280. *Trepidant)* Saliunt, spirant, crispantur, quod
brevium est proprium. Horat.

*Trepidant rotantes
Vertice fumum.*

Idem.

Lympha fugax trepidare rivo.

Franguntur enim fluctus elisi terræ. Virg.

Qua vada non spirant, nec fracta remurmurat unda.
286 *Hostia parva)* pro hostia horia, quod est
parvi Navigii genus, legi posse censebat Petrus
Ciacon. singularis vir doctrinæ, & sanctitatis ex-
emplar.

281 *Graviscarum.)* Virg. lib. X. 184.

Intempestæque Gravisæ.

*Graviscas ab ære dictas noster proximo versu con-
firmat.*

282 *Quas premit æstivæ sæpe paludis odor.)* Si. Ital.
lib. VIII.

Et veteres misere Gravisæ.

286. *Et de solate mania factis Cosæ.)* Virg. x. y. 168
Quique urbem liquere Cosas.

Quo

Quo loco Servius inquit, *Civitas est Tuscia, qua
in numero dicitur singulari secundum Sallustium: unde
apparet esse usurpationem. Hæc Servius. Rutilius
infra quoque scripsit numero unitatis,*

Littore namque Cosa cognatos depulit hostes.

291. *Crederem maluerim Pygmaea damnata cohortis,
Et conjuratas in sua bella grues.*

Plinius lib. 4. cap. 9. *Gerania, ubi Pygmaeorum
gens fuisse proditur, quos Gatzos barbari vocant, cre-
duntque à gruibus fugatos. & lib. 10. cap. 23. Indu-
cias habet gens Pygmaea abscessu gruum, ut diximus
cum his dimicantium.* Juvenal. Sat. 13.

Ad subitas Thracum volucres nubemque sonoram

Pygmaeus parvis currit bellator in armis;

Mox impar hosti, raptusque per aera curvis

Unguibus à sava fertur grue.

In Priap. Iusib.

Pygmaeo brevior gruem timentis.

Et Symposius à nobis nuper editus ex vetustissi-
mo exemplari, quod est illusterrimum & reveren-
dissimi D. Johannis Francisci Cardinalis, Comen-
doni, viri sapientissimi ac de litteris litteratisque
optime meriti ænigmate 26. de Grue.

Littera sum cali penna per scripta volantis

Bella cuncta gerens volucris discrimine Martis

Nec vereor pugnas dum non sit longior hostis.

293. *Signatus ab Hercule portus.)* De portu Her-
culis sæpe Antoninus in Itinerario.

294. *Mollior aura.)* Horat. ubi *mollior aura*

296. *Lepido)* de hoc Ausonius.

Jam facinus Catilinae tum, Lepidique tumultum

Ab Lepido & Catulo jam res & tempora Roma

Orsus, bisseos seriem connecto per annos.

302. *Orbruit auxiliis urbe favente novis.)* pavente
reposuimus; erat favente in vulgatis omnibus.

303. *Insidias paci moliri tertius ausus.*

Tristibus excepit congrua fata reis.)

Lepidus Lepidi Triumviri filius de quo Livius
in Epitom.

305. Quar-

305. *Quartus Casareo dum vult irrepere regno.)*
de hoc Suetonius in D. Claudio.

Cum vero detecta esset Lepidi, & Getulici conjuratio. Idem in Caligula, quo facilius eas in causa Aemilii Lepidi condemnavit, quasi adulteras, & insidarum adversus se conficias: hinc est quod Rutilius intulit,

Incesti panam solvit adulterii.

¶ Incestum autem adulterium proprie dixit, quod Placidus Grammaticus in glossis docet his verbis. *Incestum puto. A litteram debet retinere, ab eo enim quod est incastum venit. Castum dicunt Zonam pelliceam Veneris, qua legitimas nuptias ligat. Si quis ergo alieni, legitimeque matrimonii jura violaverit, incastum dicitur admisisse, id est quasi castitatis vinculum, zonamque Veneris violasse.*

309. *Nominibus certos credam decurrere mores*
Moribus an potius nomina certa dari.) Aufonium expressisse videtur, qui de probo sic;

*Effare causam nominis,
Utrum ne mores hoc tui
Nomen dedere, an nomen hoc
Secuta morum regula.*

Sed & tertiam ille adjecit causam.

*An ille venturi sciens,
Mundi supremus arbiter
Qualem creavit moribus
Iussit vocari nomine;
Nomen datum praconis
Vitaque testimonio.*

312. *Quod Lepidum totiens recidit ense malum.)*
Ex ense cadit, tale illud Virg. Uno armis non desicit
alter.

312. *Recidit.)* Ovid. quoque primam produxit.

Quod

Quod in ipsum recidat opto.

313. *Nec dum excessis pelago permittimur umbris.)*
Ante lucem navigamus, permittitur in vulgatis mendose legitur, ipse unius litterae mutatione locum, opinor, sanavi.

323. *Mutantur totiens vario spiramina flexu*
Qua modo profuerant vela, repente nocent.) in
Vulgatis.

Quae non profuerant.

Perperam omnino, nos modo ex non fecimus.

325. *Igilii.)* Sic legendum in Plinio, Mela, Martiano, & aliis, non *Egilium*, aut *Iginium*. Hodie vulgo, *Gilio* dicitur haec insula, quae plurimum Rutilio debet, à quo tot versibus tam plene celebratur.

327. *Sive loci ingenio, seu domini genio.)* Sidonius Apollinaris haec conjunxit in praefatione Epithalamii Ruricii.

*Ambitosus Hymen totas tibi contulit artes
Qui non ingenio, fors placuit genio.*
Pap. Stat. lib. 2. Sil. *Locine ingenium an dominum mirer prius. Et.*

Ingenium quam mite solo. Idem 5.
Et mitem genium domini praesentis adora. Domini genium P. Stat. dixit Imperatoris scilicet Domitiani, qui Dominum Deumque se salutare voluit. Vide Suetonium in Domitiano. Martialis quoque

idcirco saepe de Domitiano scribit
Domino Deoque nostro. Et
Terrarum Domino Deoque rerum.
343. *Sic festinantem, venusque dieque reliquit.)*
quale illud Virg.

Interea fessos ventus cum sole relinquit.
351. *Occurrit Chalybum memorabilis Ilva metallis.)*
Virg. 10.

Asi Ilva trecentos
Insula inexhaustis Chalybum generosa metallis. Vide Servium ad hunc versum. Solinus & ipse Ilvam ferri feracem vocat. Sil. Ital. lib. 8.

Non

*Non totidem Ilva viros, sed lectos cingere ferrum
Armarat patrio quo nutrit bella metallo.*

369. *His mecum pigri solabar radia venti.* (Sanabar
legebatur in editione Romana & Bononiensi. So-
labar nos restituumus. ut Virg. lib. Georg. 3.

Interea longum cantu solata laborem. & Georg. 4.
Ipse cava solans agrum testudine amorem.

Quam dicendi rationem ea lapidis particula reti-
neri video, quam Romæ in pavimento templi S.
Martini in Exquiliis descripsimus, qui peranti-
quis, atque elegantissimis certe versibus linguam
Latinam auctam volumus.

HIS. PATER. AC. MATER, MAESTVM.
SOLANTVR. A MOREM.
SOLVENTES. NATO. TRISTE. MINISTE-
RIVM.

Et Venantius Fortunatus à nobis restitutus sola-
men amoris dixit hoc versu.

*Funeris officium magni solamen amoris
Dulcis adhuc cineris dat Placidina tibi.*

371. *Laxatum cursum.* Laxatum in omnibus e-
ditionibus. Laxatum nos restituumus, sequitur
enim cohibet. Mendum autem inrepsit ex vulgi
sermone. Vulgus enim Itolorum *ff* pro *x* enun-
ciat sed à nostris impressoribus hoc quoque loco
erratum est.

371. *Faleria.*) Antoninus in Itinerario portus
vel positionum navium.

373. *Et tum forte hilares per compita rustica pagi
Mulcebant sacris pectora fessa iocis.* (fagi est in vulga-
tis omnibus, sed pagi Rutilio reddidimus, quem
sic scripsisse ut credam, Auctor est Horat. unde
nostrer hæc verba sumfisse potest videri.

*Qui circum pagos, & circum compita, & alibi, Vacat
otiosus, cum bove pagus.*

375. *Ostris.*) Vide Tibullum Elegia vii. lib. i.

383. *Namque loci querulus curam Iudæus agebat,*
Hu-

Humanis animal dissociate cibis.)

Juv. Sat. xiv.

*Quidam fortiti metuentem sabbata patrem
Nil præter nubes & cali numen adorant,
Nec distare putant humana carne suillam,
Qua pater abstinuit, mox & præputia ponunt.*

388. *Quare nofter paulo infra. Quæ genitale ca-
pit propudiosa metit*

Quare apud Laëtantium lib. iv. de vera
sapientia. cap. xvii.

391. *Septima quaque dies turpi damnata veterno.)
Vnde illud legimus septimam atatis partem à Ju-
dæis perdi.* Juv. Sat. xiv.

Cui septima quaque fuit lux

Ignava & partem vita non attingit ullam.

Ob id nofter supra dixit, *frigida sabbata.*

401. *Populonia.)* ut Virg. x.

Sexcentos illi dederat Populonia mater.

Populonium in Plinio, & aliquot locis Antonini
mendose fortasse legitur.

404. *Lumine nocturno conspicienda Pharos.)* Am-
mianus Marcellinus lib. 22. *Promontorium Ceras
prælucentem navibus vehens constructam celsius turrim,
quapropter Pharos appellatur.* Suet. in D. Claudio,
*superposuit altissimam turrim in exemplum Alexan-
drinae Phari, ut ad nocturnos ignes cursum navigia diri-
gerent.* Sil. Ital.

Sublimisque minans intrumpit in athera tecto

Ostentat altam, Pharos ut Memphisica turrim.
Pap. Stat.

Lumina noctivaga tollit Pharus emula luna. Juv.
Sat. xii.

Tandem intrat postas inclusa per aquora moles

Tyrrhenamque Pharos porrectaque brachia rursus.

405. *Speculam.)* Speculum legebatur, nos men-
dum sustulimus.

407. *Castellum geminos hominum fundavit in usus.)*
Hoc quoque restitutum à nobis est; erat enim frau-
davit, nullo sensu.

413. *Non indignemur mortalia corpora solvi
Cernimus exemplis oppida posse mori.)*

Locus ex Epistola Servii Sulpitii ad M. Cicero-
nem lib. iv. videtur sumtus. *Hem inquit, nos ho-
munculi indignamur, si quis nostrum inierit, aut oc-
cisus est quorum vita brevior esse debet, cum uno loco
tot oppidorum cadavera projecta jaceant.* Seneca lib.
vi. quaest. Natural. *Ego autem perire timeam cum
terra ante me pereat, cum ista quatiuntur, qua qua-
tiunt, & in injuriam nostram non sine causa veniunt.
Helicem, Burimque totas mare accepit, ego de uno
corpusculo timeam.* Aufonius Gallus ad monumen-
ta rettulit.

*Miremur periisse homines, monumenta fatiscunt
Mors etiam saxi, nominibusque venit.*

Monumenta perire dixit, & Juv. Sat. x.

Titulique Cupido.

*Hæsuris saxi cinerum custodibus ad qua
Discutjenda valent sterili mala robora ficus.
Quandoquidem data sunt ipsi quoque fata sepulchris.*

419. *Optarem veterum complecti carmine nomen*

Sed quosdam refugit regula dura pedes.

Cognomen versans Veneri carissime Rufi

Illo te dudum pagina nostra canit.)

Optarem veterum legitur in vulgatis, nos veterum
duarum litterarum adjectione fecimus. Nam veterum
nomen appellat, quod versu dicere non est,
Volusianum, siquidem Rufium à Regio Volusi
antiquo nomine deducere his versibus supra testatur
Rutilius.

Famque alii Romam redeuntibus hæret eunti

Rufius Albini gloria viva patris.

Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen.

Et Reges Rutulos teste Marone refert.

Volusianorum autem crebra fit in veteribus mo-
numentis mentio in Hortis Carpen,

MAXIMO. PRINCIPI
INDVLGENTISSIMO
DOMINO. VALENTI. TRIVMFA-
TORI. SEMPER. AVG.

C. CETONIVS. RUFIVS. VOLVSIANVS.
V. C. PRAEFECTVS. VRBI. ITERVM. JVD.
SACRARVM. COGNITIONVM.
SERENITATI. EJVS. DICATIS.

Et ad Basilicam Novam S. Petri.

VICTORIIS. TRIVMFISQVE
MAGNIFICO.

D. N. VALENTINIANO.
INCLYTO PRINCIPI
SEMPER AVG.

RVFIVS VOLVSI-
ANVS. V. C. PRÆF.

VRBI ITERVM.
JVDEX SACRARVM
COGNITIONVM.
CLEMENTIÆ EJVS
DICATVS.

Ex quo illud cognoscimus Rutilium ægre tulisse
quod nomen Volusianorum versu complecti non
potuerit, cum cognomen Rufi & Albini semel &
iterum versibus inferuerit, est enim infra.

Albini patris proxima villa mei.

Quare sic emendari posse hunc versum credidimus.

Cognomen versans Veneri carissime Rufi

Illo te dudum pagina nostra canit.

Hoc sensu, noster Libellus Rufium Venerium cognomen Volusianorum versat, frequenter celebrat, contra quam facit in nomine Volusiano, quod hoc carminis genus minus recipit. Impressi omnes habent, *Cognomen versus Veneris carissime Ruffi*, vel sic quod Achilles Stadius notavit (*cognomen versus*) ô Ruffi charissime, qui in versu cognomen es Veneris, sic dicit cognomen, quasi ejusdem nominis ὀνόματι & illo autem versu, &c. vel cognomen recipit Veneri, ut ex illo pendeat. Sed quosdam refugit regula, &c. & cum esset supra scriptum, versus inrepsit in contextum, & pepulit loco alterum verbum. Sed in urbis monumentis de Ruffis, Volusianis, Venerios nondum invenire potui, quare mihi suspectum est Veneriorum nomen hoc loco: unde titulus libri conflatus est, ad Venerium Rufium.

420. Sed quosdam refugit regula dnra pedes.) ut Horat. Sat. 6. lib. 1.

*Manseri oppidulo quod versu dicere non est
Signis per facile.*

Sed & Ovid. lib. 4. de Ponto ad Tuticanum eadem de re queritur.

*Quo minus in nostris ponaris amice Libellis,
Nominis efficitur condicione tui.*

*Ast ego non alium prius hoc dignaver honore
Est aliquis nostrum, si modo carmen honor.*

*Lex pedis officio fortunaque nominis obstat,
Quaque meos adeas, est via nulla modos.*

*Nam pudet in geminos ita nomen scindere versus
Desinat ut prior hoc, incipiatque minor.*

*Et pudeat, si te qua syllaba parte moratur,
Artius appellem. Tuticanumque vocem.*

*Et potes in versu Tuticani more venire
Fiat ut et longa syllaba prima brevis.*

*Aut ut ducatur, que nunc correptus exit
Et sit porrecta longa secunda mora.*

*His ego si vitis ausim corrumpere nomen
Rideat & merito peccatis habere neget.*

Quos

Quos versus eo libentius adposui, quo aliquando intelligatur quam recte fecerint, qui posterioribus sæculis Claudianum, Hadrianum, Cyprianum, Sebastianum, & horum similia nomina penultima correpta protulerunt, quod tamen Græca accentus ratione factum crediderim. Latini enim ætate Aufonii, Prudentii, & Sidonii, secuti morem pronuntiandi Græcum, accentus, non syllabæ rationem habuerunt. Ut vero à Græcis hoc emanasse apertius ostendam, Distichon Græcum in honorem Claudiani poetæ cum Latina inscriptione, quæ corruptissima legitur in impressis Claudiani libris, per me non indiligenter exscriptum Romæ in Quirinali subjiciam.

.... CLAUDIANI. V. C.
UDIO CLAUDIANO. V. C. TRI.

BVNO. ET. NOTARIO. INTER. CAETERAS.
INGENTES. ARTES. PRAEGLORIOSISSIMO.
POETARVM. LICET. AD. MEMORIAM.
SEMPITERNAM. CARMINA. AB. EODEM.
SCRIPTA. SVFFICIENTI. ADTAMEN
TESTIMONII. GRATIA. OB. IVDICII. SVI.
FIDEM. D. D. N. N. ARCADIVS ET. HONORIVS
FELICISSIMI. AC DOCTISSIMI.
IMPERATORES. SENATV. PETENTE.
STATVAM. IN. FORO. DIVI. TRAJANI.
ERIGI. COLLOCARIQVE. IVSSERVNT.

EIN ENI. BIPTIAIOIO. NOON
KAI MOTCAN. OMHPOT
KΛΑΤΔΙΑΝΟΝ. ΡΟΜΗ. ΚΑΙ
ΒΑΣΙΛΕΙΣ. ΕΘΕCΑΝ.

Qui versus sic verti possunt Latine.
*Meonide Musam, ingeniumque Maronis in uno
Fecerunt Reges, Romaque Claudianum.*

424.

224. *Vota secunda.*) Cum solvuntur ante suscepta. Alter ille sensus sic omnibus apertus est, si quis eum sequi malit, Rutilio in votis fuisse post praefecturam, quam ipse gessit, Rufii praefecturam, sequitur enim.

*Sic mihi sic potius placeat geminata potestas.
Per quam malueram rursus honore fruar.*

Et infra.

*Namque meus, quem Roma meo subjunxit honori,
Per quem jura mea continuata toga.*

Et paulo post.

*Prætulit ille meas cum vincere posset habenas.
Prædecessoris major amore fuit.*

Et ita Ovidius de Ponto.

*Altera Læritia est, nec cedens causa prioris
Successor tanti frater honoris erit.
Nam tibi finitum summo Græcine Decembri
Imperium Jani suscipit ille die.*

*Quæque est in vobis pietas, alterna seretis
Gaudia, tu fratris fascibus, ille tuis.
Sic tu bis fueris Consul, bis Consul & ille,
Inque domo binus conspicietur honor.*

426. *Anima portio magna mea.*) ut Horat. lib. 1.
Od. 3.

Et servas anima dimidium mea.

Ovid. de Ponto.

Accipe pars anima magna Severe mea.

Pap. Stat. lib. 3. Sil.

*Atque anima partem super aquora nostræ
Majorem transferre parat.*

Juv. Sat. 9. *Portio vitæ dicitur.*

Sidonius Apollinaris. lib. 20.

Namque anima nostræ portio major erat.

Quod persimile est huic Rutiliano versui.
434. *Defessusque oculis luna reperta latet.* Pro
reperta, repente placet doctis aliquot viris.

435. *Hæc ponti brevis auxit mendacia fama.*)
Non autem fama patrio casu, ut in impressis, sed
sexto casu fama.

438. *Fortis secuta vogum famina Corſa bovera.*) Et
ut alii dicunt, Corſis vocatur à Corſe muliere.
Eſſe enim dicitur Inſula in Tyrheno mari diſta ſic à
Corſe paſtoris, ſive bubulci ſerva. Eufſtatiuſ in-
terpres Græcus Dionyſii Poëta Alexandrini.

447. *Ergaſtula.*) Unde Placidius in Gloſſis ſic
tradit. *Ergaſtula dicuntur à Græco vii damnabantur
noxii ad aliquod opus faciendum, ut ſolent gladiatores, &
qui puta exults, marmora ſecant, & tamen vinculorum
cuſſodiiſ alligati ſunt.*

449. *Sic nimis bilis morbum adſignavit Homerus
Bellerophontis ſollicitudinibus.*

Auſoniuſ Galluſ, qui & ipſe pluribus hanc de
Monachis ſententiam tractavit ad S. Pauli-
num

— *Ceu dicitur olim*

*Mentis inops cæcus hominum, & veſtigia vitans
Avia perluſtraſſe vagus loca Bellerophontis.*

Verum legenda eſt S. Paulini epiſtola ad Auſo-
niuſ reſcripta, qua & Rutilii impia reſellitur
ſententia, cujuſ ego aliquot verſus adſcripſi. Le-
gant quæſo reliqua in S. Paulino ad Auſoniuſ pie-
tatiſ ac religioniſ Chriſtianiæ ſtudioſi.

— *Lycia qua ſcribis in antris*

*Pegaſeum vexiſſe equitem, licet avia multi
Numine agente colant, clari velut ante Sophorum
Pro ſtudiis, muſiſque ſuis, ut nunc quoque caſtiſ
Qui Chriſtum ſumſere animis, agitare frequentant,
Non inopes animi, neque de feritate legentes
Deſerti habitare loci, ſed in ardua verſi
Sidera, ſpectanteſque Deum, verique profunda
Perſpicere intenti de vanis libera curiſ
Otiæ amant, ſtrepituſque fori, rerumque tumultuſ
Cunctaque di viniſ inimica negotia doniſ.
Et Chriſti imperiſ, & amore ſalutiſ abhorrent.
Speque fideque Deum ſponſa mercede ſequuntur.
Et aliquanto poſt.*

— *Nec me vel conjuge carpat
Vel mentis vitio, non anxia Bellerophontis.*

D

Mous

Mense est.

Dionysius, interprete Prisciano.

Dicitur huic olim petiturus sidera nomen
Bellerophon donasse urbi, namque arduus athrans
Dum scandit victor, semivestis Pegasus alis.
Decidit & nota prebit vestigia terra.
Degerat hic Dominus vulgo semotis ab omni
Ungula produxit futura in secula Tarsum.

453. In Volaterranum verò vada nomine tractum.)
à Plinio lib. 9. cap. 5. dicuntur vada Volaterrana.
Antoninus Pupopolonia vadis Volaterris.

457. Incertus gemina discriminat arbore fauces,
Defixasque offert limes uterque sudas.) Incertus
legebatur, incertus ad fauces nos retulimus.

461. Symplegade.) Complexione. Martial. Gemina
symplegade.

463. Rapidus (Corus.) Lucanus.

Victus violento navita Coro. Idem appellat Corum
imbriferum.

Corvus in Paviniana editione legitur, sed
male.

470. Vita flore puer, sed gravitate senex.) Pap.
Stat. 2. Silv.

— Raptique modestia pracon
Et pudor, & tenero probitas maturior aeo.

Idem. 5. Th.

Hic paulo ante puer, sed enim maturius aeo
Robur, & ingentes spondet tener impetus annos.

Sil. Ital. lib. 8.

Et haud parvum matrem coluisse Tudertes.
Ductor Pifo viros spernaces moris agebat
Ore puer, puerique habitu, sed corde sagaci.
Aequabat senium, atque astu superaverat annos.
Idem quoque Poëta, ut obiter hoc adnotem, lib.

4. pugnaces Tudertes celebrat eo versu.
Et Gradivicolam celso de colle Tudertem,
Lapis in Vinca Carpens, ut ad rem.

CV-

CVJVS ANNOS INGENIVM
EXCEDEBAT.

483. Acrem Phœbum.) Virg. in Georg.
Nec tenues pluvia rapidive potentia solis
Acrior, aut Boreæ penetrabile frigus adurat.
Horat. Sat 6 lib. 1.

At ubi me festum sol acrior ire lavatum
Admonuit.

Lucretius lib. 6.

Hunc homines fontem nimis admirantur, & acri
Sole putant subter terras fervescere raptim

Plinius quoque acrem solem dixit.

487. Rimetur solitus natura expendere causas.)
ita emendavimus. Legebatur inepte ante

Rimetur solitas natura expendere causas.

489. Vineta fluente gelu) Vineta libentius quam
juncta legerim, ut illud Horatii lib. 1. Epistolar. ad
Florum. 111. 3.

Thracia ne vos Hebrusque nivali compe de vincius.

495. Errantem Tusciis considerare compulsi agris.

Et colere externos capta Tolosa laros.) & colere,
quod legitur excolere, divisimus mutata X in T.

497. Nec tantum duris nituit sapientia rebus
Pectore non alio prosperiora tulit.) Erat in omnibus
excusis, pectora non alius, mendose. sententia nunc
perspicua. Hic etiam erratum est in nostro.

499. Conscius Oceanus virtutum conscia Thule
Et quacunq; ferax arva Britannus arat.) Ex quacunq;
quod excusis omnes habent, quacunq;ne facimus. Sed
mendum hic quoque hæsit.

503. Extremum discessit in orbem.) Virg.

Et penitus toto divisos orbe Britannos.

507. Inlustris nuper sacra comes additus aula.) Comes
Palafinus aut certe Domesticorum. de Comitè
Domesticorum Ammianus Marcellinus, Eutro-
pius, & lapides quorum exempla eo coniecimus.

D 2

ubi

ubi de Stilichone agitur. Inlustris supra Rutillii memoriam honoris nomen esse coepit, ut ex veterum monumentis cognosci potest. Cassiodori formula inlustratus vocantis lib. 6. variarum legenda est. Servius etiam illud Virg. explicans.

Inlustris animas, nostrumque in nomen ituras.

Apertissime id docet. Hoc nomen, inquit, notitia fuit, non meriti: unde etiam in meretricibus invenitur. Nam & nobiles & inlustris vocantur. Inlustris autem scribendum, non illustris, libri veteres, & lapides ostendunt.

Roma in aedibus illustrissimi & Reverendissimi D. D. Prosperi Cardinalis Sanctacrucii viri undecumque Doctissimi ac plane Sanctissimi hac leguntur in verustissimo Saxo.

GABINVS VETTIVS
PROBIANVS. V. C. PRAEF. VRB.
STATVAM. CONLOCARI PRAE
CEPIT. QVAE ORNAMENTO
BASILICAE ESSE POSSET
INLUSTRI.

Ut interim omittam quae in aedibus Capranicorum de Stilichone adservantur.

512 *Littoris aura.*) Unda in vulgatis. Sed *Littoris aura*, id est, ventus, rectius ut supra,

Nasus vicino vortice ventus ad est,

Quid enim cum undis velis, ut sic legatur

Antennas tendi littoris aura jubet,

Monent proximi qui sequuntur versus.

Inconcessa vehit tranquillus aplus tria status

Mollis a securo vela rudente tremant.

515. *Ad surgit ponti medio circumflua Gorgon.*) Ab Hermolao Barbaro in Plinii castigationibus lib. 5. cap. 6. pro Gorgone, Urgo in omnibus, qui de situ orbis scripserunt, supponitur his verbis. Scio quidem Gorgonis Insulam hoc loco statui à Ptolemaeo, sed

omnis

omnis tamen vetus lectio habet Urgo, non Gorgona, Marrianus quoque Urgo, inquit, & Capraria, Pomponius, Urgo, inquit Ilva & Capraria, proinde in Ptolemaeo quoque legendum erit *Opys vno*, id est, Orgos Insula, sive Urgo. Stephanus, Orgon, inquit, Insula est Etrusci maris. Unde Orgoni dicuntur ut Antonii gentiliter. Hae ille, quem omnino, & Stephanum ipsum refellit aureus iste Rutillii versus.

Ad surgit ponti medio circumflua Gorgon.

Hae Insula hodie appellatur Gorgona, cuius saepe S. Gregorius meminit lib. 1. Epist. 50. de Horatio Abbate in Gorgon Insula, & infra; cui praefato Horatio injunximus, ut in Gorgonem Insulam pergat, & infra. Ita igitur experientia tua faciat, ut ex utraque re, id est, vel providendo in Corfica Monasterio, vel corrigendis Monachis in Gorgonia non nostra, sed voluntati omnipotentis Dei parere festinet, & Epist. 49. lib. 4. Accedens ad Gorgoniam Insulam fraternitas vestra discutiat id quod ad nos de Saturnino presbytero perlatum est, & Epist. 60. Sed enim in Insula Gorgonia, & Capraria sollicitudinem de Monasteriis gerere, & in eo in quo est statu sine cuiusquam adversitate manere permittimus, quibus B. Gregorii verbis illud quoque Rutillii confirmatur, Insulas Caprariam & Gorgoniam Monachorum solitudine fuisse frequentatas: sed Stephanum illud excusat quod deceptus esse facile potuit navigantium pronuntiatione, qui plerumque principes litteras detrahunt, quo fit ut pro Gorgona Orgonam scripserit.

315. *Ad surgit ponti medio circumflua Gorgon.*

Inter Pisanaum Cyriacumque latus.

Adversus scopulos.) Sic distinguendum iudicamus, nam utrinque avulsa.

535 *Non ullus tegitur per brachia tua recessus,*

Aeolias possit qui prohibere minas.

Sed proceras suo praetexitur algas profundo,

Molliter offensa non nocitura rati)

Non ullus.) Nos ita castigavimus legebatur perperam nonnullus, quod erratum hic quoque me im-

prudente admissum est.

539. *Et tamen infans cedendo interligat undas.) Interligat ex interrigit, quod legitur in vulgatis, fecimus.*

544. *Virtutis specimen.) Speciem legebatur mendose.*

552. *Virtus fortunam fecit utramque parem.) Sic emendavimus. Itaque habet editio Panv. Utraque in reliquis legas librariorum culpa.*

562. *Ex commilitio.) Ammianus Marcellinus lib. 25. Virum talem ex commilitio suo quaritabat. Sed multis sæculis ante hoc nomine usus est Ovidius de Pont. lib. 2.*

Et commilitii sacra tuenda putas.

563. *Officiis regerem cum regia tecta magister Armigerasque Pii principis excubias.) Officiorum magister, de quo sæpe Ammianus, Eutropius, & lapides, quorum unum, qui visitur in ædibus Capitanicorum produci alienum non arbitror.*

FL. EVGENIO. V. C. EX. PRAEFECTO. PRAETORIO
CONSVLI. ORDINARIO. DESIGNATO. MAGISTRO-
OFFICIORVM. OMNIVM. COMITI. DOMESTICO.
ORDINIS. PRIMI. OMNIBVSQVE. PALATINIS.
DIGNITATIBVS. FVNCTO. OB. EGREGIA. EIVS
IN. REMPUBLICAM. MERITA. HVIC.

D. D. N. N. CONSTANTIVS. VICTOR. AC.
TRIVMFATOR. SEMPER. AVGVSTVS. ET.
IVLIANVS. NOBILISSIMVS. CAESAR.
STATVAM. SVB. AVRO. IN. FORO. DIVI
TRAJANI. QVAM. ANTE. SVB. DIVO.
CONSTANTE. VITAE. ET. FIDELISSIMAE
DEVOTIONIS. GRATIA. MERVIT.
APPROBANTE. AMPLISSIMO. SENATV.
SVMTV. PVBLICO. LOCO. SVO.
RESTITVENDAM. CENSVERVNT.

De Magistro Officior. Legenda est formula Casiodori libro Variarum.

565. *Alphae veterem contemplor originis urbem.) Claudianus de bello Gildonico.*

Quaitur Tyrrhenatumulus

Ora nec Alphae capiunt navalia Pise.

Virg. lib. 10. Aeneid.

Hos parere jubent Alphae ab origine Pise

Urbs Etrusca solo

Ubi hæc Servius : *Alphæus Fluvius est inter Pisis, & Eliden Civitates Arcadia, ubi est templum Jovis Olympici, ex quibus locis venerunt qui Pisas in Italia condiderunt dictas à Civitate pristina. Quare Rutilius subjungit.*

Ante diu quam Trojugenas fortuna penates

Laurentinorum Regibus insereret,

Elide deductus suscepit Etruria Pisas

Nominis indicio testificata genus.

566. *Quam cingunt geminis Arnus & Æsar aquis.) Æsar non Ausur, ut in nostris esset, auctor mihi fuit vir eruditissimus Petrus Angelius Bargeus, qui ex eo quod Æsar vetere Etruscorum lingua, ut Suetonius scriptum reliquit, Deum significaret, fluminumque Dii haberentur flumen patriam ita vocatum credidit. Suetonii verba in Octav. Aug. hæc sunt. Sub idem tempus istu fulminis, ex inscriptione statuæ ejus prima nominis littera effluxit. Responsumque est centum solos dies post hæc victurum, quem numerum C littera notaret, futurumque in inter Deos referretur, quod Æsar, id est, reliqua pars è Casaris nomine, Etrusca lingua Deus vocaretur. A Strabone quoque Æsar appellatur libro quinto. Νοῖν ποταμῶν κείων μεταδὲ κατὰ τὴν Ἀρῶν δὲ Ἐλευσῶν. In Plinii vulgatis libris Ausorem est legere. Pisa, inquit, inter Ausorem & Arnum, ora à Pelope, Pisisque, sed, opinor, mendose.*

567. *Conum Pyramidis cœuntia flumina ducunt.) De veteri situ Pifarum, formaque totius regionis*

valde nunc immutata lege P. Victorium Variarum
Lectionum lib. 17 c. 3.

575. Hic oblata mihi sancti genitoris imago.)
Quatuor hi versus additi sunt, à Panvinio ex Ga-
brieliis Faerni libro, cum in aliis desiderarentur.

583. Nam neque opum curam, quamvis sit magna sa-
crarum.) Comes sacrarum largitionum.

593. Flamminia regionibus.) Martialis;
Emilia dices de regione via.

595. Famam LACHANII venerantur numinis in-
star.) Nominis in Vulgatis male, nos numinis re-
posuimus, quod editio Panvini habet; ex hoc versu
cognoscitur Rutilii Poëta patri LACHANIO no-
men fuisse, quod adnotavit nemo.

596. Inter terrigenas Lydia tota suos.) Terrigenas,
id est, indigenas, non turrigenas, quod ante Panvini
editionem legebatur in vulgatis omnibus.

604. Nec Turnus potior.) de quo Martialis;
Nam me diligit ille, proximumque
Turni nobilibus leget libellis.

605. Restituit veterem.) Instituit legebatur, nos
restituit malumus.

607. Non olim sacri justissimus arbiter auri
Circumsistentes reppulsi Harpyias.) Cum interro-
gationis nota legit Fulvius Ursinus. Achilles Stat.
pro Non olim, namque olim reponerat sine inter-
rogatione.

607. Arbiter sacri auri.) Comes sacrarum largi-
tionum de quo supra.

Nam neque opum curam, quamvis sit magna sacra-
rum.

Vide Codicem Theod. de Comite sacrarum largi-
tionum.

609. Harpyias.) Quadrissyllabum est. Solvitur
enim Diphthongus *yi*, ex quo intelligimus peccare
eos, qui per hanc Diphthongum non scribunt Har-
pyias.

613. Sed non Lucillum Briareia præda fefellit.)
Fefellit, latuit, quo sensu frequentissime utitur Ho-
rat. quale illud in Odis. Spar-

Spartacum si qua potuit vagantem
Fallere testa.

Quintus etiam Curtius lib. 4. Nec ulla adeo
avia & sicca lacina erat, qua vestigantium sitim sal-
leret.

629. Tum responsuros persultat buccina colles.)
Echo, quæ quid sit ex Placidii glossis intelligimus.
Echo, inquit, græcum est nomen. Est autem
imago vocis, quæ in concavis locis resultat offensa,
ac resonat. Pers. Sat. 1.

Reparabilis adsonat Echo.

Quam & Symposius noster festivo anigmate
complexus est.

Virgo modesta nimis legem bene servo pudoris.
Ore procax non sum, nec sum temeraria lingua.
Ultero nolo loqui, sed do responsa loquenti.

630. Fitque reportanti carmine præda levis.) Ita
correximus. Erat antea reportanda.

631. Interea madidis non desinit Africus alis.)
Ovid. lib. 1. Met.

Madidis Notus evolat alis.

635. Magnum fluctibus.) Legitur in excusis, ma-
gnis fluctibus. Elegantius forte sic, Exiguum radiis,
sed magnum fluctibus astrum, ut ad exiguum re-
feratur magnum, hoc fluctibus, illud radiis, quod
animadvertit Antonius Quærens homo propter
singularem doctrinam, eximiamque probitatem
mihi bonisque omnibus longe carissimus.

637. OARIONI.) Editio Panvini habet
ORIONI. Nos retinemus OARIONI ut in Catul-
lo legitur.

Proximus Hydrochoo fulgeat Oarion.

Quod multis Græcis auctoribus confirmat Politi-
anus Miscellaneorum. cap. 69.

641. Qualiter.) Pap. Stadius lib. 10.

Qualiter, aut Maleam, aut alta Coraunia.

JOS. CASTAL.

IN RUTILII

LIBRVM SECVNDVM

Adnotationes.

1. Ondum longus erat.) Alterius initium libri. Hoc autem itinerarium distributum ab Auctore in duos libros fuisse ipsemet paulo infra testatur eo versu.

Partimur trepidum per opuscula bina ruborem.

1. Nec multa volumina passus.) Nec in breve saepe coactus, ut Horat. & scis in breve te cogi.

8. Millia crebra lapis.) Unde illud dicendi genus tertio, quarto ab urbe lapide.

9. Trepidum ruborem.) Sunt qui minium titulum significare putent; est enim.

Partimur trepidum per opuscula bina ruborem.

Porro libri minio distinguebantur. Ovid. de Tristibus.

Nec titulus minio, nec cedro charta notetur.

Terentianus de Litteris.

*Hos versibus apte quoniam loqui negatur
Instar tituli fulgidula notabo milto.*

Sed id plane abesse à Rutilii sententia videtur.
Nos

RUTIL. ADINOTAT. 83
Nos autem ruborem hoc loco putamus referri ad pudorem, sequitur enim.

Quem fuerat satius sustinuisse semel.

Ut Aufonius Gallus ad Paulum, *cetera quoque cubiculi & lectuli operata prodentur ab eodem auctore collecta, ut bis erubescamus, qui & Virgilium faciat impudentem.* Editio Panvini ruborem librarii culpa fortasse habet.

10. Sustinuisse ruborem.) Ut culpam sustinere.

13. Adridet placidum radium crispantibus equor.

Et sulcata levi murmurat unda sono.) Similis fere Catulli locus, quod ad leuem maris sonitum pertinet, de Nuptiis Pelei, & Thetidis.

Hic qualis flatu placidum mare matutino

Horrificans Zephirus proclives incitat undas

Aurora exoriente vagi sub lumina solis.

Quae tarde primum clementi flamine pulsa

Procedunt, leviterque sonant plangore cachinni.

15. Apennini de vexa.) Ut coeli convexa,

17. Italiam rerum dominam.) Virg.

Romanos rerum Dominos, Priscianus Dionysii interpretres.

Hos prope sunt omni superantes laude Latini

Quorum per terras discurrit in aquora Tiberis

Ante alios Tiberis fluvius, praestantior omnis

Regius irriguo dirimit qui gurgite Romam

Romam, quae genitrix regum dominatur in orbe.

Et aliquanto post.

Hi sunt Aufoniae populi gentesque potentes.

18. Cernere mente.) Dixerat cingere visu. Sic idem Dionysii interpretres; *Ut cernas animo, non visas lumine terras.*

19. Inveniet querna similem procedere frondi.)

Hoc simili primus non usus est Rutilius, ante illum praestantissimos scriptores idem litteris mandasse comperio. Plinius lib. 3. cap. 5. *Est ergo folio*

maxime querno ad similitudinem, multa proceritate amplior quam latitudine, loquitur de Italia. Solinus c. 8. Inde procedens paulatim, & Apennini montis dorso attollitur, extensa inter superum mare & inferum, similis querno folio, scilicet proceritate amplior, quam latitudine.

20. Artatam.) Sil. Ital. lib. 5.

Namque sub angustis artata limine fauces.

Artare autem, artatum, & arta sine secunda mura scribimus ex Probi sententia, & veterum librorum omnium consensu, unde artus in corpore dicuntur.

21. Millia per longum decies centena teruntur.

A Ligurum terris ad freta Sicania.) Pl. lib. 3. c. 5. Pater longitudine ab Alpino sine pratoria Augusta per urbem Capuamque cursu meante Regium oppidum in humero ejus situm, à quo veluti cervicis incipit flexus decies centena, & viginti millia passuum. Solinus Italiae longitudo, quæ ab Augusta Pratoria per urbem Capuamque porrigitur usque ad oppidum Regium decies centena, & viginti millia passuum colligit. Ex Solini loco Plinii locus superior emendatur, ut scripsimus. Quamvis Hermolaus Barbarus ex neque facto æque, legerit per urbem Capuam æque cursu meante, ut significaretur non per diverticula, sed in directa linea. Hæc ille, cui Martianus Capella ad sentire videtur. Unde cum longa ab Alpibus Pratoria Augusta per urbem Capuam & Regium oppidum absque recurvo flexu decies centena & viginti millia passuum, nusquam vero trecenta latitudo ejus excedit.

25. Quæ tamen est juncti maris angustissima tellus, Triginta & centum millia sola patet.

Solinus latitudo, ubi plurimum cecit, ubi minimum cxxxvj. Millia artissima est ad portum quem Hannibalis castra dicunt neque enim excedit quadraginta millia, quod differt à Martiani sententia, qui dixit nusquam trecenta latitudo excedit. Vide Plinium,

27 Diversas medius mons obliquatur in undas.) Apenninus.

Urget Dalmaticos Eoo vertice fluctus.

Lucanus lib. 2.

Mons inter geminas medius se porrigit undas Inferni, superique maris collesque coerces.

Hinc Tyrrhena vado frangentes aquora Pisa Illinc Dalmaticis obnoxia fluctibus Ancon.

Vibius Sequester Apenninum usque ad Anconam porrectum scribit.

33. Excubiis Latis. Rectius, quam excubiis Latiis.

36. Alpes opposuisse.) Locus ex Juv. sat. 10. Expreflus de Hannibale viam per Alpes aperiente.

Opposuit natura Alpemque, nivemque.

38. Nec semel inclusit.) Penitissime abdidit.

41. Stilichonis.) Cum aspiratione scribitur. Stilicho autem, quem tantopere noster insectatur, multis magnisque laudibus, in cœlum tollitur à Claudiano, hodieque Romæ in adibus Capranicorum lapides quibus honores Stilichonis insculpti sunt, adservantur.

FL. STILICHONI. V. C.

FLAVIO STILICHONI ILLUSTRISSIMO VIRO
MAGISTRO EQVITVM PEDITVMQVE
COMITI DOMESTICORVM TRIBVNO PRÆTORIANO
ET AB INEVNTE AETATE PER GRADVS CLARIS-
SIMAE MILITIAE AD COLVMEN GLORIAE.
SEMPITERNÆ ET REGIAE ADFINITATIS EVCTO
PROGENERO DIVI THEODOSI COMITI DIVI
THEODOSI AVGVSTI IN OMNIBVS BELLIS.
ATQVE VICTORIS ET AB EO IN ADFINITATEM
COOPTATO ET SOCERO D. N.
HONORI AVGVSTI ADLEC. A CONSILII EJVS
ET PROVISIONE LIBERAT. EX. S. C.

Ibidem in alio lapide abrafo Stilichonis nomine hæc leguntur.

VIRO BISCONSVLI ORDINARIO
MAGISTRO VTRIVSQVE MILITIAE
COMITI DOMESTICORVM.
ET STABVLI SACRI ADQVE
AB INEVNTE AETATE
PER GRADVS CLARISSIMAE
MILITIAE AD COLVMEN REGIAE
ADFINITATIS VECTO SOCIO
BELLORVM OMNIVM
ET VICTORIARVM ADFINI
ETIAM DIVI THEODOSI
AVGVSTI ITEMQVE SOCERO
DOMININOSTRI HONORIAVGVSTI
POPVLVS ROMANVS.
PRO SINGVLARI EIVS.
CIRCA SE AMORE
ADQVE PROVIDENTIA
STATVAM EX AERE ARGENTOQVE
IN ROSTRIS AD MEMORIAM
GLORIAE SEMPITERNAE
CONLOCANDAM DECREVIT.

42. *Proditor imperii.*) Sic Claudianus in Rufinum tunc impius ille proditor imperii.

42. *Proditor arcani qui fuit imperii.*) legebatur quod fuit, qui fuit emendavimus.

42. *Arcani imperii*) rectè custoditi, & undique munitissimi, ut Deorum sacra solent diligentissime & multis objectis obicibus servari.

48. *Libertiore dolo,*) propterea quia Pop. Romano à rebus omnibus imparato hostem immisit.

49. *Satellitibus pellitis.*) Gothos pellitis vestibus usos Claudianus multis locis testatur in Rufinum, eumque insectatur qui eo vestitu utebatur:

*Ipse inter medios, ne qua de parte relinquat,
Barbariem revocat fulvas in pectore pelles
Frenaque; & innuques pharetras arcusque sonoras
Adsimulat, mentemque palam testatur amicus.*

*Nec pudet Ausonios curvus, & jura regentem
Sumere deformes ritus vestemque Getarum,
Insignemque habitum Latii mutare togaque
Mærent captiva pellito iudice leges.*

Idem de bello Gothico.

*Crinigeri sedere patres pellita Getarum
Curia.*

Et in 6. Consulatu Honorii

Moritur pellita juvenus.

Ovid. de Ponto lib. 4. Eleg. 10.

Pellitos inter agenda Getas.

52. *Ante Sibyllina fata cremavit opis.*) Hinc intelligi potest, rectè apud Ciceronem in Catilina-ria tertia legi, *fatis Sybillinis*, ut peccarint, qui scripturam illam mutare voluerunt.

Virg. lib. 3. Æneid.

Quæ rupe sub ima fata canit. Et 6.

*Te quoque magna manent regnis penetralia nostris
Hic ego namque tuas sortes, arcanaque fata
Dicta mea gentisponam, lectosque sacrabo*

Alma viros. Ubi Servius hæc. Constat regnante Tarquinio quandam mulierem nomine Amaltheam obtulisse ei novem libros in quibus erant fata, & remedia Romana. Idem horum librorum custodes patricios fuisse, & primo duos, deinde decem, post quindecim, postremo sexaginta, sed retento xv virorum vocabulo. Et supra ad illud Deiphobe Glauci, multæ fuerunt Sibyllæ quas omnes Varro commemorat, & requirit à qua sint fata Romana conscripta. Igñorus quoque Amaltheam vocatam Cumæam, Sibyllam testatur: Suetonius in D. Cæs. Quoniam libris fatalibus contineret, & Horat. lib. 1. Od. 15.

*Pastor cum traheret per freta navibus
Idæis Helenem perfidus hospitam
Ingrato celeres obruit otio
Ventos ut caneret fera Nereus fata.*

Tibullus Eleg. 5. lib. 2.

*Scis bene quid fati provida cantet avis,
Et infra.*

*Te duce Romanos nunquam frustrata Sibylla est,
Abditaque senis fata canit pedibus.*

Et apud Ciceronem. L. Tarutius urbis nostræ fata canere non dubitabat, & neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. Lactantius quoque Firmianus de ira Dei cap. 23. P. R. fata in libris Sibyllinis contineri scriptum reliquit, cujus hæc sunt verba. Cum ea quidem volumina quibus Romanorum fata conscripta sunt in arcanis habentur, cæterarum tamen fere omnium libelli, quo minus in usu sint omnibus, non vetantur; Sed de Sibyllinis eodem lib. cap. 22. & lib. 1. de falsa religione cap. 6. & Cornelius Tacitus Annalium lib. 6. Multa scitu digna litterarum monumentis prodiderunt.

55. Aeterni regni) Romam urbem æternam Ammian. Marcell. vocat sæpe numero, lib. 22. Urbis regio quadam existimatur æterna, & maximum urbi præfecit æterna, lib. 28. Funera deploravit urbs æterna. Quæ decolorabant speciem urbis æternæ, lib. 26. Probianus regens urbem æternam; æternæ urbis Episcopi, lib. 14. Victura dum erunt homines Roma, 1. 26. Victura cum sæculis Roma, lib. 22. Post capitulum quo se venerabilis Roma in æternum attollit, & ipse Rutilius supra lib. 1.

*Porridge victuras Romana in sæcula leges
Solaque fatales non vereare colus.*

Et paulo infra.

*Quæ restant nullis obnoxia tempora metis,
Dum stabunt terra dum polus astra feret.*
Ausonius Gallus.

*Ignota æterna, ne sint tibi tempora Romæ.
Idem.*

Urbis ab æterna deducam Rege Quirino.

HUC

Huc etiam pertinet quod Roma legitur supra portam portuensem.

S. P. Q. R.

IMPP. CAESS. D. D. N. N. INVICTISSIMIS.
PRINCIPIBUS. ARCADIO. ET HONORIO.
VICTORIBVS. AC TRIUMFATORIBVS.
SEMPER. AVGG.
OB INSTAVRATAS. VRBI. ÆTERNÆ. MV-
ROS. PORTAS. AC TVRRES. EGESTIS.
INMENSIS RVBERIBVS. EXSVGGESTIONE
V. C. ET INLVSTRIS.
MILITIS. ET MAGISTRI. VTRIVSQVE. MI-
LITIAE STILICHONIS. AD PERPETVA.
NOMINIS. EORVM. SIMVLACRA. CON-
STITVIT.
CVRANTE. MACROBIO. LONGINIANO. V. C.
PRAEF. VRBIS. D. N. M. Q. EORVM.

Et Alba Julia.

FORTVNAE
REDVCILLARI
VIALI. ROMAE
ÆTERNÆ.

Sed multis ante sæculis Tibullus lib. 2. Eleg. 5. hoc dixerat.

*Romulus æterna nondum formaverat urbis
Mænia.*

57. Tartarei Neronis.) Sic Ammianus Marcellinus locutus est, exurgebat enim effervens latius Paulus Tartareus ille delator ad venenatas artes licentius exercendas, & lib. 29. Heliodorus Tartareus ille malorum omnium cum Palladio fabricator, & alibi; Tartareus

zareus cognitor. Longe vero gravius dimisisse facinus Stilichonem, ab Gothis Romam proditam, quam Nero, qui matrem suam necavit. Sed & Neronem parenti, patriæque commune exitium fuisse Plinius auctor est lib. 22. cap. 22. cujus hæc sunt verba. Inter ea quæ temere manduntur boletos merito posuerim, optimi quidem hos cibi, sed immenso exemplo in crimen adductos veneno Tiberio Claudio principi per hanc occasionem à conjuge Agrippina dato, quo factò illa terris venenum alterum, sibi ante omnes Neronem suum dedit.

61. *Sed diverticulo fuimus fortasse loquaces.)* Sic locutus est Juvenal. Sat. 17.

A diverticulo repetatur fabula.

63. *Advehimur celeri cadentia mænia lapsu.*

Nominis est auctor sole corusca soror.) Urbem Lunam significat, hanc Veteres portu & marmore candidissimo, quod ibi effoditur, celebrant. Perſius Sat. sexta, v. 9.

Luna portum est opera cognoscere cives. Pap. Stat. Sil. lib. 7.

Lunaque portandis tantum suspecta columnis.

Plinius. *Primum Etruria oppidum Luna portu nobile, Idem lib. 37. cap. 5. Candorem Lunensium marmorum tetigit. Strabo lib. 5. Et portum & marmor Luna. Pluribus prosequitur laudibus. Sil Ital. lib. 8.*

Tunc quos à niveis exegit Luna metallis.

Insignis portu, quo non spatiosior alter.

Innumeras cepisse rates, & cludere pontum.

63. *Lapsu) appulſu. Virg. Et tandem Euboicis Cumarum adlabitur oris; & labitur uncta vadis abies.*

67. *Luce coloris.)* ut Horat.

Ei purpurarum Lumine.

F I N I S.

P. PITHOEI

Emendationes

In

Rutilii Itinerarium.

L. I.

398. **V**ictoresque suos natio victa premit. Videtur ex L. Seneca mutuatum, cujus hæc sunt apud Augustinum de eadem Judæorum gente verba. *Interim usque eo sceleratissima gens consuetudo contrahit, ut per omnes jam terras recepta sit. Victi victoribus leges dederunt.*

475. *Subiectas villa. Confer cum Manilii verſu. de eadem re lib. v. Astron.*

493. *Victorinus enim. Non ille Rhetor urbis laudatus Augustino lib. 8. Confess. sed Tholofus ut sequentia indicant, quæ ad historiam Ataulphi Galliam Narbonensem occupantis, ex fœdere cum Honorio Imp. icto referenda sunt. Significat autem hunc Victorinum Britannia præfectum fuisse, & Comitem sacri palatii factum.*

Lib. II.

7. *Intervalla via. Fab. lib. III. Inſtit. Non aliter quam facientibus iter, multum detrahunt fatigationis, notata inſcriptis lapidibus spatia.*

9. *Per opuscula bina tumorem. Scribe, timorem: Sed nescio quomodo Rutilii nostri elegantia nobis etiam nonnulla expressit præter inſtitutum, cuius*

ejus nos Prisciani Periegesis admonet, in quam extant varia lectiones ex veteribus libris, nec indocta Scholia. Illud etiam de Rutilii Hodæporico admonere placet, ex ordine navigationis & itineris videri quadam in eo confusa ac transposita.




THEODORI
SITZMANNI

IN

RUTILIUM

Animadversiones.



AMPLISS. VIRO,

Dn. JACOBO DAVEYNE,

Regio Consiliario & in Lugdunensi Provincia Procuratori, in Supremâ Principatus Dombarum Curiâ Procuratori Generali, S. D.


Justus Zinzerling, I. V. D.



Crisperat ad Itinerarium Rutilianum Notas & Animadversiones ante aliquot annos vir clariss. amicus meus à longo tempore fidelissimus, THEODORVS SITZMANNVS I. C. nunc in Electorali patriâ nostrâ dicasterio Scabinus : quas roganti mihi jam olim legendas dedit, &, postquam publica rei admotus gravioribus curis urgeri inciperet, ceu rem alteri huic vitæ minus convenientem, pro derelicto habitas post reprehendere dedignatus, penes me retineri passus fuit. Illas promi magis quam premi dignas non meo solum, sed & eruditiorum, tuo etiam, Vir Ampliss. judicio visas, pressas hætenus, uti promere cogitarem, locus ipse in quo ago, emporium hoc librorum non hodie solum, sed & ante multa secula nobilissimum allexit. Easdem uti tibi, V. A. inscriberem, causa non simplex impulit. Auctor ipse carminis, ad quod Notæ hæ scriptæ, RVTLIVS vestras est. Cur igitur in Gallia suo denuo renato alius magis quam popularis quis ipse à nominis

nis sui splendore lucem ipsi aliquam sceneretur posthumam? Equè tot aliis talis, qui pariter, atque ipse olim, cum in excelso publicæ administrationis folio sedeat, non dedigneretur tamen ad humaniores has Musas descendere, serietatemque graviorum negotiorum temperare harum Gratiarum suavitate, & lepore? Qui ad Auctoris carmen notavit & animadverit, quamvis ignotus tibi, nec ipse indignus est, cuius curis nomen præfigatur tuum: quippe quem sola virtus, studioque a teneris indefesso parva eruditio, pridem inter Scævolas & Papinianos populo de jure respondentes collocavit. De me: quid humanitati & benevolentia tua debeam nōsti. Qui hanc ita pridem, cum te accederem, voti me præcūmque potentem non solum dimittebas, sed & dehinc animum promptum benevolentiaque plenum pollicebaris. Cui adfectui tuo, quem nec merito mihi obtulisti, incivis sum, ne gravius quid dicam, si quo licet modo, redhostire nolim. Ac haberem quidem de meo quod nomini tuo consecrando memoris gratique animi sensa proderè possem, ni meis adfricare hoc vererer, ut luce aliquà à tuà luce digna faciam. Alienum igitur hoc (nisi fortè, ut abdicatum, meum nunc factum est) non ingratis tamen, spero, ejus, cuius, si nunc voluntate ipsius proprià non est, olim certè fuit; cumque hoc alieno memet ipsum, quam meus sum, do, dicoque tibi & addico. Indulgebis, qua es humanitate, non civi solum tuo RUTILIO favorem tuum: sed & Notarum Animadversionumque librum, velut orbam parente sobolem in tutelam tuam recipies, faciesque ut cui lucem videre semel contigit, longum ejus usurà per te frui possit. Me tandem qui jugi mancipio tuus audire adfecto, quo favore semel beasti, eodem in futurum, si mereor, prosequere. B. V. Scrib. Lugd. III. Cal. Decemb. MDCXVI.

THEOD.



THEOD. SITZMANNI

THURINGI

ANIMADVERSIONES

IN ITINERARIUM

RUTILIANUM.

Quamvis Itinerarium Rutilii jamdudum annotationibus pereruditiss illustraverit V. Cl. Iosephus Castalio: non tamen desperamus in hac segete post divitem illius messem restare nobis aliquod laudis spicilegium. Iacimus aleam!

IN LIB. I.

1.



Elocem potius reditum mirabere.] Admiratione minime coritutum auguratur, quod opinione citius eam urbem reliquerit, cuius majestatem, splendorem, dignitatem & excellentiam adeo operose esset descripturus. Gemina planè sententia Symmachus lib. 1. epist. 24. *Difficile est hinc abire cum veneris: adeò si contemplari majestatem urbis nostræ velis, iusto citius videbitur revertisse.*

3. *Quid longum toto Romam venerantibus avo.]* Aliter sentiebat Brutus intersector ille Jul. Caesaris. Cum enim viventibus oculis inspiceret, non sublata dominationem, sed dominium commutatum esse.

E

esse 3

esse: præclare erga Remp. animatos nequaquam putabat Romæ degere posse incolumes. Rem, non locum oportuisse prætare istuc sibi, perspicue inuit his verbis: *Longè a sevientibus ab ero, mihi que esse iudicabo Romam, ubicunque liberum esse licebit, ac vestri miserebor, quibus nec atas, neque honores, neque virtus aliena dulcedinem vivendi minvere potuerit.*

8. *Ingenitum cumulant urbis honore decus.] Ingenita & congenita conscientia apud Tertullian. c. 5. de testim. animæ aduersus gentes: eiusmodi eruptiones animæ non putavit doctrinam esse naturæ, & congenita & ingenita conscientia tacita commissa.*

9. *Semina virtutum, &c.] Aur. Cassiodorus 1. Variar. 6. Nulli sit ingrata Roma, quæ dici non potest aliena. Illa eloquentiæ fecunda mater, illa virtutum omnium latissimum templum.*

10. *Non potuere aliis dignitas esse locis.] Ovid. 4. Fast. Dignus Roma locus quò Deus omnis eat.*

11. *Felices etiam &c.] Eos intelligit, quibus ius civitatis, quod Plutarchus *μειραρχίας* appellat *πολιτείας*, fuerat concessum, licet origine non essent cives Romani. Nam & illi utebantur privilegiis & similibus actibus civitatis, rerumque civilium communionis belli & pacis tempore erant participes. Alius Aristides, Orat. in Romam: *διότις δὲ μέν πάντας τρέφει τῆς ἀρχῆς (τὸ δ' εἰπὼν ἀπαὸν ἄν εἴηκε τὴν οὐκ ἐφ' ἑαυτὴν) τὸ ἐφ' ἡμῶν ἐστίν τι καὶ ἡγεμονίαν καὶ δυνατοτέραν ἀναρχῆς πολιτικῆν ἢ καὶ ἐμβόλον πᾶν ἀπεδώκετε. i. Cum omnes, qui ad imperium pertinebant (in quo totum orbem terrarum complector) in duas partes tribuissetis; qui quidem generosiores erant & potentiores, eos civitate atque etiam gente donastis, reliquos inter subiectos relatis.**

13. *Religiosa pater peregrinæ curia laudi.] Institutum illud occulto Politico consilio diu retentum Romæ, ut è provincialibus honestissimos quosque non tantum beneficio civitatis obligarent, verum etiam curiæ pignorerent, atque ita simul se auge-*

rent, simul discrimen, & tacitum ob æmulationem inter receptos, & non receptos, diffidium conciliarent. Nazarius, in Panegy. Constantino Aug. dicto: *Sensisti, Roma, tandem te arcem omnium gentium, & terrarum esse reginam, cum ex omnibus provinciis optimates viros curiæ tuæ pignoreris: ut Senatus dignitas non nomine, quàm re, esset illustrior, cum ex totius orbis flore constaret. Caterum quod hic Rutilius aliique scribunt de Romanis, meliorem partem generis humani in cæterum senatorium eos cooprasse, idem de Atheniensibus confirmat Alianus his verbis: Οὐ μόνον τοῖς ἀσπίσι ἐχόντο Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς ἀρχάς, καὶ τὰς στρατηγίας ἐπιτηδεύουσιν ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἐπισημῶς ἀποφύγετο, καὶ τὰ κοινὰ αὐτοῖς ἀνεχέειν, ἕπει δὲ αὐτοῖς ἀγαθὰς ὄντας κατὰ γὰρ τὰν καὶ ἐπιτηδεύουσιν τὰ τοῦτοια. hoc est, Athenienses non solum idoneis civibus gerendam Rempub. & militiam administrandam commiserunt, sed sepe etiam peregrinos civibus antulerunt, eosque Reipub. gubernationi præfecerunt, siquidem eos bonos honestosque viros cognovissent, & ad hæc munera subendum accommodatos.*

13. *Religiosa] Cic. pro Flacco: sua cuique civitati religio, Latine, est, nostra vobis.*

15. *Ordinis imperio, collegarumque fruuntur.] Ordo, simpliciter positus, de senatorio sumitur. Julius Capitolin. in Maximo & Balbino: sic elatus latro surrexit, ut se ordini prostitueret iratum. Symmachus lib. 6. epist. 47. Studia plebis in iudicem, favor quoque ordinis æmulatur. & lib. 10. epist. 54. Neque aliud magis auctoritatem facit sententiis nostris, quàm quod omnia quasi juratus ordo decernit.*

16. *Et partem genis, quem venerantur, habent.] Civitatibus ferè omnibus suis fuisse Genios ex inscriptionibus antiquis, & historicis Polybio & Dione, eruditè & perspicue docet Daniel Heinsius in Nor. ad Sil. Ital. lib. 2. ubi hunc Rutilii locum adducit. Ad præterea Alciatum in 1. pupilus, 239. ff. de V. S. M. Ant. Del-rio, com-*

ment, ad Senec. Troad. v. 53. Petr. Hejgium, ad tit. Instit. de interdicitis Desider. Herald. ad Arnob. lib. 1. adv. gent. Ioh. Rosinum sympatriotam nostrum antiq. Rom. lib. 2. c. 14.

21. *Illam quidem longam nimium deformia bellis.*] De Galliarum aliarumque nationum circa istam tempestatem clade Salvian. Massil. lib. 7. de gub. Dei.

25. *Præsentes lacrymas testis debemus avitis.*] Symmachus lib. 2. epist. 7. integer animus putat innocentiam suavem minus, si periculum suorum desit.

27. *Nec fas ulterius longas noscitur ruinas.*] Consule Ioh. Savaron. ad Sidon. Apollin. Carm. 7. v. 295.

solitis defessa ruinis.

Gallia

32. *Ipsaque si possent arbitra nostra loqui.*] Arnob. lib. 1. adv. gent. Ipsa denique hiscere si animantia muta potuissent: si in linguarum nostrarum facilitatem solvi; imò si arbores, gleba, saxa sensu animata vitalis vocis sonitum quirent & verborum articulos integrare, ita non duce naturâ & magistra, non incorrupta simplicitatis fide, & intelligerem esse Deum, & cunctorum dominum solum esse clamarent.

35. *Iamjam laxatus.*] Castalio reposuit, laxatis. Puto lectionem veterem tolerari posse, nec opus esse correctione.

39. *Postquam Tuscus ager.*] Tuscia Latinis, *bruxia* Dionys. Halicarnasæo lib. 1. *bruxia* & *bruxia*, a sacrificando. *Tusci*, inquit Servius, ad 8. Aeneid. *bruxia* & *bruxia*. Et inde Plinius lib. 3. cap. 5. *Tuscos* dictos notat a sacrificio ritu. Fuisse enim Etruscos præ cæteris Italiæ populis eorum, quæ ad Religionem & sacrificia pertinebant, ad superstitionem usque studiosos: quanquam Dionysius jam tum ævo suo studium id Divinorum ad eam apud eos exolevisse scribat, ut cunctarum nationum uni haberentur sacrorum negligentissimi. Inde autem fit, ut nonnulli primam nominis literam arbitrentur aspirandam. Alii Latina faciunt originis ab *Ture* derivantes, inter quos Paul. Diaconus de gestis Longobard. lib.

lib. 11. cap. 16. Sext. Pomp. Fest. Tusciam a Tusco rege, Herculis filio, denominatam scribit. Vid. Paul. Merula Cosmograph. p. 2. lib. 4. cap. 21.

Aurelius agger.] *Viam Aureliam* intelligit quam ad inferum mare fuisse Cic. docet. Ait enim in Anton. Philipp. 12. *Tres viæ sunt ad Murinam, quæ festinat arimus, à supero Flaminia: ab infero, Aurelia: media, Cassia.* Meminit etiam Aureliæ viæ Celsus J. C. 1. quidam testamento. 30. ff. de legat. 2.

40. *Perperis Geticas ense vel igne manus.* Vid. infra. lib. 2. v. 41. & seqq.

43. *Crebra relinquentis insigimus oscula portis.*] Nota morem, non omnibus observatum. Discedentes, aut longius aliquid iter adornantes, vel portas osculabantur, ut fecit noster Rutilius: vel postes & limina. Ammian. Marcellin. *Mania permixta sunt lamentis & luctu: & per omnia civitatis membra una vox cunctorum erat gementium, cum laceraretur crines matrona exul fuganda laribus, in quibus nata erat & educata, orbatæque mater liberæ vel conjugæ viduata, procul ab eorum manibus pelleretur: & turba febilis postes penatium amplexa vel limina lacrimabat: vel ripas.* Valer. Flac. lib. 4. Argonaut.

Ultimatum patriæ cedens dedit oscula ripæ.

Adventibus id fuisse solemne, ut ingressi regionem aliquam, ad eamve ex intervallo reversi, religiose eam salutarent ex Plauto, & aliis veteribus scriptoribus notissimum est. Sed & recens exemplum. De Carolo V Imper. recenset Jacobus Aug. Thuanus lib. 17. hist. *Euro. propitio proventus sine ulla nausea in Hispaniam trajiciens Lareduni in Cantabria portum appulit. Quo loco magna procerum operientium, nobilitatis ac civitatum legatorum felicem reditum gratulantium turba exceptus est. Ubi terram tetigit, id Casariani scriptores prodidere, prostratus osculum fixit, & Salve, inquit, mihi optatissima mater: nudus ex utero matris exivi, nudus ad te, tanquam alteram matrem redeo, & quod unum possum, pro tam multis*

multis in me meritis corpusculum hoc, & effamea deo
dedicque: continuoque de abdicatione jam facta riuu
solemni denovo celebranda cogitare cepit.

46. In quantum stetus currere verba sinit.] In quan-
tum, h. e. quatenus. Seneca lib. 6. de benefic. c.
23. Vide in quantum corporibus vagari liceat. Idem 7.
controverf. in præfat. Sufficiebat illi, in quantum
voluerat, explicandi vis. Julius Frontinus lib. de
controverf. lim. Rerum ad professionem nostram perti-
nentium, in quantum potui occupatus, species, qualitates,
conditiones, modum & numerum excussi. Tert. de testi-
mon. animæ adv. gent. c. ult. Omnis anima rea & testis
est: in tantum & rea erroris, in quantum testis veritatis.

46. In quantum stetus sinit.] Sidon. Apollin. Pareo li-
bens, in quantum epistolariis pagina sinit.

47. Exaudi reginam tui pulcherrima mundi.] Virgil.
lib. 2. Georg. in fin.

Scilicet & rerum facta est pulcherrima Roma,
Septemque una sibi muro circumdedit arces.

Reginam vocant eandem Athenæus, & Ammian.
Marcell. XIV. p. 12. S. Joh. Chrysostomo in epist.
ad Rom. hom. 2. ἀσπίδα κορυφῆς dicitur. Idem in
ead. vocat eam ἀσπίδα λαμπρῆν, καὶ μεγάλην, καὶ
περὶ τῆς ἀπὸ τοῦ βλαστῆν ἢ οὐρανῆν. Glossar. Græ-
colat. Βασίλισ ἀσπίς, regina urbs. proculdubio de
Roma vel Constantinopoli. Omnino autem existi-
mo Rutilium mutuatum hoc fuisse ab Erinna pœ-
tria, quæ vixit sub Pompeii aut circiter ævum, cu-
jus versus laudat J. Lipsius de magnitudine Roma-
na, cap. 2. eosque his verbis Latio donat:

Filia o Martis mihi, Roma, salve,
Aureo regina decora cultu
Qua vel in terram stabiles Olympi.
Incolis arces.

48. Inter sidercos Roma recepta polos.] Ovid. i. Fastr.

At postquam fortuna loci caput exiulit hujus,
Et tetigit summo vertice Roma Deos:

Creverunt & opes.

50. Non procul à cælo per tua templa sumus.] Martial.
lib.

lib. 10. Epigr. 51.

— Capitolini summum penetrare Tonantis,
Quæque nitent cælo proxima templa suo.

55. Nam Solis radiis equalia muneratendis.] Rectè
annotavit Joseph. Castalio Rutilium Aristidis
Orat. in Romam, expressisse sententiam. Verba
Aristidis, interp. Guil. Cantero hæc sunt: Quod
de Asia dixit auctor quidam, quantamcunque Sol per-
vagaret regionem huic unum imperare Regem (id quod
falso protulit, quandoquidem Africam totam atque
Europam Solis ortu & occasu exemit) id jam verum est
effectum, quando & Solis cursus vestro aequalis est im-
perio, & vestram urbem Sol peragrat. Sallust. Catilin.
Ea tempestate mihi imperium R. P. multo maxime mise-
rabile visum est, cui cum ad Occasum ab ortu Solis omnia
domita armis paterent, domo otium atque divitiæ afflue-
rent &c.

56. Quæ circumfusus fluctuat Oceanus.] Ita ferè
Ovid. in epist. Deian.

Qua latum Nereus cæculus ambit humum.

De magnitudine & amplitudine imperii Rom. sic
Cic. Orat. de provinc. consularibus: tamdiu mare
videmus illud immensum, cujus fervore non solum ma-
ritimi cursus, sed urbis etiam, & via militares jam
tenebantur, virtute Cn. Pompei sic à populo Rom. ab
Oceano usque ad ultimum Portum, tanquam unum ali-
quem portum tutum, & clausum teneri, nationes eas,
quæ numero hominum, ac multitudine ipsa poterant in
Provinciâ nostrâs redundare: ita ab eodem partim
recisas, partim repressas: ut Asia, quæ imperium
antea nostrum terminabat: nunc novis tribus provin-
ciis ipsa cingatur. Possum de omni regione, de omni ho-
stium genere dicere. nulla gens est, quæ non aut ita sub-
acta sit, ut vix exeret, aut ita domita, ut quiescat,
aut ita pacata, ut victoria nostra imperioque lateatur.
Aristides orat. in Romam: Ὅν γε μὲν ἡμῶν πῆρες
τῶν λεγομένων μὴ εἶναι τὸ περὶ τῶν Ἰλλυριῶν, μὴδὲ πε-
ρὶ τῶν ἐπὶ τῆν γῆν, ἀσπονδῶς δ' εὐχρητῶς τὸ νομεῖν. ψυχὰς γα-
ρ ἀσπονδῶς εἰς ἀσπονδίαν θέναι, τῶν τε τὰ κελύξας ἀγέμετες

ἄρα οἱ ἦν ἐπιταύθαι ἵστοι: ὅμοιο δὲ ἔργον. hoc est. Oceanum autem, quem multi scriptores nec extare prorsus, neque terram ambire credebant, verum Poëtas nomen hoc fictum ad delectationem versibus suis inseruisse, tam probe reperistis, ut nec, quæ in eo erat insula, vos latuerit. Minuc. Felix in Octav. Sic eorum potestas & auctoritas totius orbis ambitus occupavit: sic imperium suum ultra Solis vias, & ipsius Oceani limites propagavit, dum exercent in armis virtutem religiosam, dum urbem omnium sacrorum religionibus. Ethicus in pr. Cosmograph. Lectionum pervigili cura comperimus, S. P. Q. R. totius mundi dominos, donatores orbis & præfules: qui quicquid subjacet celo, penetrarent triumphis, omnem terram Oceani limbo circumdatam. Dionys. Halicarnas. ἡ ἕραμαίων πόλις ἀπὸ τῆς κρήνης ἀρχιγῆς, ὅση μὴ ἀνέμετος ἐστίν, ἀλλ' ὡς ἀνθρώπων κατοικεῖται. πόλις ἡ κρατὶ θαλάσσης, ἢ μόνον τῆς ἐπιπέδου ἢ ἐκ κλίτης σιελῶν. ἀλλὰ καὶ ἡ Ὀκεανῆτος, ὅση πλείστη μὴ ἀδύνατος ἐστίν, πορτὶ καὶ μόνον ἐπιπέδου πάντος αἰῶνος μνημονευομένην, ἀνατολῆς καὶ δύσεως ὅρας περιουμένην, τῆς δύνασεως. hoc est. Romana urbs imperat toti terra, qua quidem inaccessa non sit, habitaturque ab hominibus; sed & toti mari imperat, non solum hinc intra columnas Herculeas, sed ipsi Oceano, quacunquæ est navigabilis; primaque & sola ab omni ævi memoria terminos sibi potentia fecit, Orientem, & Occidentem. Quibus quidem verbis erras omnes & maria Halicarnassus tribuit, sed tunc decuit historicum bonæ fidei, cum aliqua restrictione aut exceptione: sejungitque inaccessa aut inhabitata loca, itemque maria ignota. Enim vero si propius inspicias, nec habitata quidem omnia loca sub imperio habuit, & multa sub Parthorum jure ad Orientem fuere; multa libera, aut sub regibus ad Septentrionem ac Meridiem: sed quicquid opportunum aut dignum vinci videbatur, vicit. Cætera non tam non potuit, quam contempserit, & judicio reliquit. Sed illud nemo negaverit, florem Asiæ, Africæ, Europæ in hoc imperio fuisse

fuisse, ipsa gentium robora, ingenia, opes. Quod ut clarius tibi liqueat, adi J. Lipsium lib. 1. de magnitud. Rom. lib. 3. ubi quid in triplici hac mundi plaga habuerit, strictim & per indicem dicit: atque id cum imperium maximum & in culmine suo fuit, ut ab Augusto ad Trajanum.

57. Volvitur ipse tibi, qui continet omnia Phæbus. Cic. lib. 2. de nat. Deor. Sol cuius magnitudine multis partibus terra superatur, circum eam ipsam volvitur, iisque Oriens & Occidens diem, noctemque conficit.

57. Qui continet omnia. Quod Cic. d. lib. dixit de mundo, omnia cum complexu suo continere: id Poëta noster Soli tribuit, qui omnia clarissima luce collustrat, multis partibus major atque amplior quam terra universa. Claudian. in panegy. de Probin. & Olybr. consulatu, in pr.

Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis, Volvis inexhausto redeuntia secula motu.

58. Eque tuis ortos, in tua condit equos. Ita rectè Castalio, cum olim legeretur ortus. Porro aut ego fallor, aut noster, cum hæc caneret in animo habuit locum Tibulli lib. 2. eleg. 5. v. 57. & seqq.

Roma tuum nomen terris fatale regendis, Qua sua de cælo præspicit arva Ceres, Quæque patent ortus, & qua fluitantibus undis, Solis anhelantes abluunt amnis equos.

In eandem quoque sententiam Ovid. 1. Fastor.

Jupiter arce sua cum totum spectet in orbem, Nil nisi Romanum quod tueatur habet.

Et Seneca ad Helvidiam matrem: Hic deinde populus quot colonias in omnes provincias misit, ubicunquæ vicit Romanus, habitat.

59. Te non flammigeris Libya tardavit arenis. Arena Libyssa Catullo carm. 7. Claudian. de laudib. Stilicon. lib. 3. v. 333.

pererratis Libya flagrantibus oris.

62. Tantum virtuti pervia facta tua. Populus Romanus late per orbem terrarum arma circumferendo

tot laboribus periculisque jactatus est, ut ad constituendum ejus imperium contendisse virtus & fortuna videantur, ut prater L. Flor. testatur Ammian. Marcellin. lib. 14. *Tempore (inquit) quo primis auspiciis in mundanum fulgorem surgeret villura, dum erunt homines, Roma, ut augetur sublimibus incrementis, sedere pacis aeterna virtus convenit atque fortuna, plerumque dissidentes: quarum si altera defuisset, ad perfectam non venerat summitatem.* Quae Marcellini verba in Notis ad Flori prologum laudat vir celeberrimus, mihi quae peramicus Janus Gruterus, iisque addendum suadet Plutarchum lib. de fortuna populi Romani.

63. *Fecisti patriam diversis gentibus unam.* Romani primum pauculi fuerunt, & cum Romulus militiam & Rempublicam ordinaret, vix ad millia terna peditum (alios bina millia velle scribit J. Lipsius i. de magis. Rom. 7.) censa, & equitum trecenti. At idem cum è visis abiit, peditum reliquit XLVI millia, & equitum mille. Tantum vii opesque creverant in annis circiter, quibus Romulus regno praefuit, XXXVI his artibus. Primo, apertione asyli: deinde lege de liberis iata, qua iussit, quicquid natum esset tolli, modo ne mutilum & monstruosum, tandem receptione in civitate, quam non exeteris solum confluentibus, sed victis, & hostibus dedit. Quod institutum hic laudat Rutilius, ob quod Roma vulgò dicebatur communis patria. Modestinus lib. sing. de manumiss. *Roma communis nostra patria est.* l. Roma 33. ff. ad municipal. Callistratus: *Relegatus non potest Romae morari, licet hoc sententia comprehensum non sit: quia omnium est patria.* l. fin. ff. de interd. & releg. Seneca ad Helviam, cap. 6. *Ab hac civitate discedere, quae veluti patria communi potest dici.* Doctè ergo & eleganter Sidon. Apollin. lib. i. epist. 6. dixit, *in eae totius orbis civitate unica solos barbaros & servos peregrinari.* Jac. Cujac. ad l. unic. C. de mulierib. in quo loco mun. sex. congr. Vide & Sava-

ron,

ron. ad d. epist. 6. ubi inter alia etiam adducit hos vers. Prudentii ex lib. 2. contr. Symmach.

Vivitur omnigenis in partibus, haud secus ac si

Cives congenitos concludat manibus unis

Urbs patria, atque omnes lare conciliemur avito.

64. *Profuit invictis, &c.* Vera & genuina lectio, quam debemus Iosepho Castalioni. Ver. injustis. nullo sensu.

65. *Dumque offers victis proprii consortia juris.* Claudius Imp. apud Cornel. Tacit. lib. 2. de supplendo Senatu: *Quid aliud exitio Lacedaemonis & Atheniensibus fuit, quanquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant. At conditor noster Romulus tantum sapientia valuit, ut plerisque populos eodem die hostes, dein suos haberet.*

65. *Urbem fecisti, quod prius orbis erat.* Post constitutionem D. Antonini, Barbari dici cepere ii solum, qui in orbe Romano non essent: qui enim erant, ii rectè cives Romani erant, l. in orbe. 17. ff. de stat. hom. unde hic Rutilius urbem ex orbe factam ait, D. Hieronymus in Esaiam, cap. 20. *Ante adventum Christi unaquaque gens suam habebat regem: & de alia ad aliam nullus ire poterat nationem; in Romano autem imperio unum facta sunt omnia.* Quem locum laudat Doctor noster Scipio Gentilis, Commentar. ad l. quisquis C. ad l. Jul. Majest.

67. *Auctorem generis Venerem, Martemque fatemur.* Ovid. i. Fast. de Romulo:

Martis erat primus mensis, Venerisque secundus,
Hæc generis princeps, ipsius ille pater.

Idem lib. 4. de eod.

Ille suos semper Venerem, Martemque parentes

Dixit, & emeruit vocis honore fidem.

Martialis lib. 5. epigr. 7.

sumus Martis turba, sed & Veneris.

Sidonius Apollin. Carm. 7. v. 119.

undique cæli

Affurgunt proceres, Mars, Cyprius, Romulus, & qui

E 6

Au

Authores tibi Roma Dei. —

68. *Æneadam matrem.*] Lucret. pr. operis de rer. nat.

Æneadam genitrix, hominum Divumque voluptas Alma Venus.

Dido apud Virgil. 1. Æneid.

Tunc ille *Æneas quem Dardanio Anchise, Alma Venus Phrygiæ genuit Simoentis ad undam. Romulidumque patrem.*] Ovid. 3. Fast.

Arbiter armorum, de cuius femine natus Credor, & ut credar, pignora multa dabo.

Ate principium Romano dicimus anno: Primus de patri nomine mensis erit.

L. An. Florus lib. 1. c. 1. Primus ille & urbis & imperii conditor Romulus, fuit à Marte genitus, & Rheæ Silvia. Hoc de se Vesta sacerdos gravida confessa est. Martem & Venerem quare conjunxerint Romani, docet Joh. Rosinus antiq. Rom. lib. 2. cap. 10. Mihi ratio, quam affert Poëta versu sequenti, videtur omnium esse verissima & convenientissima.

69. *Mittat armatas vitricæ clementia vires.*] ProPERT. lib. 3. eleg. 3. v. 20.

Famam, Roma, tua non pudet historia. Nam quantum ferro, tantum pietate potentes Stramus: vitricæ imperat ira manus.

73. *Inventrix olea colitur.*] Alludit ad vulgatifsimam historiam de oliva, Athenis in certamine à Minerva edita, quam à Persis incensam eodem die ad duos cubitos repullulasse scribit Pausanias: cui idem honos habebatur, qui Romæ ficui Ruminalli. Quintilian. declamat. 13. in fin. de apibus: *Authorem vini Liberum colimus; primitiæ frugum Cereri referuntur, inventrix olea Minerva narratur: mella genuisse minus est? Eusebius Pamphilus Chronicor. lib. pr. interp. Hieronymo: Cecrope regnante primum in arce oliva orta est: ut ex Minerva nomine, quæ Græcè Athena dicitur, Athenæ nuncupata.*

73. *Vinique repertor.*] Lactant. 1. divin. instit. cap. 18. *Nomen Deorum Cereri ac Libero traditio munerum fecit.*

IN ITIN. RUTILII. 109
fecit. Possunt divinis docere literis, vinum atque fruges ante progeniem Cæli atque Saturni fuisse in usu hominum. Ad quoque Augustin. 1. 18. de civitat. Dei c. 12.

74. *Et qui primus humo pressit aratra puer.*] Quis ille? Triptolemus Cælei regis Eleusini filius, quem Ceres agriculturam docuit, & seminandi artem, per orbem suo curru vectum, hominibus tradere iussit.

14. *Primus humo pressit aratra.*] Ceres, apud Ovid. lib. 4. Fast.

Iste quidem mortalis erit: sed primus arabit,

Et feret, & culta premia tollet humo.

Arnobius lib. 1. adv. gent. Sic enim vos liberum, quod usum repererit vini; si, quod panis, Cererem; si Æsculapium, quod herbarum; si Minervam, quod olea; si Triptolemum, quod aratri; si denique Herculem, quod feras, quod multiplicium capium separavit composuitque natrices, divorum reulisti in cætum: honoribus quantis afficiendus est nobis, qui ab erroribus nos magni insinuata veritate traduxit.

75. *Aras Pæoniam meruit medicina per artem.*] De Pæone, Martem à Diomede vulneratum, sanante, Hom. lib. 5. Iliad. in fin.

15. *Medicina.*] Vide quæ non modio neque trimodio, sed ipso horreo ad hujus laudem & excellentiam spectantia demensa dehit vir omnigenæ & stupendæ lætitiæ Andreas Tiraquellus, de Nobilitate. De ejusdem quoque inventione, & medicorum primo usu, læctu non indigna protulit Thomas Dempster in Paralipom. ad Joh. Rosini antiq. Rom. lib. 2. c. 17.

77. *Tu quoque legis mundum complexa triumphus.*] Hinc Roma domicilium legum, Sidon. Appollin. lib. 1. epistol. 6. Claudian. de bello Gildonico, ubi Romam loquentem introducit:

— domui terras hominesque revinxi
Legibus, ad Solem vitricæ utrumque cucurri.

78. *Fædere communi vivere cuncta facit.*] Sueton. i. n. Vespasiano: *Instrumentum imperii pulcherrimum*

ac vetustissimum consecit, quo continebantur penè ab exordio urbis Senatusconsulta, plebiscita de societate & fœdere, ac privilegio cuiusque concessis.

79. Te Dea, te celebrat Romanus ubique recessus.] Martialis lib. 12. Epigr. 8.

Terrarum Dea, gentiumque Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Quibus verbis compendio laudasse Romam magnifice videtur poeta. Subtiliter enim, nec falsò vult, nihil accedere ad eam, nihil vel sequi. Quod an ab illo mutuatus est Frontinus? in cuius lib. de aqueductibus legimus: *Regina & domina orbis, quæ terrarum Dea gentiumque consistit, cui par nihil, & nihil secundum.* Sed veretur, ut allitum ascriptumve sit aliena manu, J. Lipsius lib. 1. de magnitud. Rom. c. 2. siquidem gravis atque eruditus reliquus Frontini stilus non probat aut amat lasciviam poetarum.

82. Nullum viderunt plebrius imperium.] Aristides orat. in Romam, idem de Sole profatur, quod noster de omnibus syderibus: *ὅτι μὴν πᾶσι ἐφορῶν ἡλιος & δὲν οἰσθὲν ἐφ' ὑμῶν βίαιον, ἔδ' ἀδίκιον, ἔδ' οἷα πολλαῖα ἐπὶ τοῖς ἀεθλοῦν χροῖουσ. ἀσπ' εἰκότως ἠδὲ σὴ ἐσορᾷ τὴν ὑμῶν ἐξὸν ἀρχῆν.* hoc est, *Qui autem omnia conspiciit Sol, cum nihil apud vos iniquum nec violentum, qualia prius multa, videat, merito iucundissime vestrum inuenerit imperium.*

85. Magni Parthorum reges.] Aristides d. orat. non Parthorum, sed Persarum regi Magni cognomen tributum scribit.

85. Macedumque tyranni.] Inter Macedonia reges illustriores reliquis extiterè Philippus & Alexander, pater & filius, quorum collationem ex Tiro Pompejo, seu potius Justino compendiario ejus revolvit Joh. Sarisberienfis de nugis curial. cap. 12. De Alexandro sic Apuleius lib. 1. Floridor. *Solus à condito avo, quantum hominum memoria extat, inexuperabili imperio orbis auctus. Fortuna sua major fuit: successusque ejus amplissimos & provocavit ut stre-*

strenuus, & equiparavit, ut meritis, & superavit ut melior: solusque sine amulo clarus; adè ut nemo ejus audeat vel sperare virtutem, vel optare Fortunam.

85. Tyranni.] Vocabulum, Tyranni, hic accipio in bonam partem, pro quovis rege, more prisco. Virgil.

Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Valer. Flaccus:

Duc precor ad vestri, quicumque est, ora tyranni.
Cornel. Nepos, in Miltiade: *Tyrannusque fuerat appellatus, sed justus, non enim erat vi consecutus, sed suorum voluntate, eamque potestatem bonitate retinuerat.* Senec. in Herc. v. 1683.

Quis sic triumphans letus in curru stetit

Victor? quis illo gentibus vultu dedit

Leges tyrannus?

ubi M. Anton. Delrio in commentar.

88. Sed plus consilii.] Cicero 4. Philipp. Senatum Romanum orbis terræ consilium indiget. *Hic vester hostis (ait) vestram Rempublicam oppugnat: ipse habet nullam: Senatum, id est orbis terræ consilium, delere gestit: ipse consilium publicum nullum habet.* Claudian. de bello Gildonico, v. 46.

Armatis quondam populis, patrumque vigebam Consiliis.

Operæ etiam precium fuerit adire Orat. Aristidis in Romam, ubi inter alia astruere non veretur, arte civili & magnanimitate consiliorum Urbis nuspian similem reperiri posse.

89. Justis bellorum causis.] Propert. lib. 4. eleg. 6. v. 51.

Frangit, & attollit vires in milite caussa:

Quæ nisi iusta iubeat, excutit arma pudor.

95. Confunduntque vagos delubra micantia visus.] Minuc. Felix in Octav. *Intende templis ac delubris deorum, quibus Romana civitas & protegitur, & ornatur: magis sunt augusta numinibus incolis, presentibus inquilinis, quàm cultis insignia, & muneribus opulenta.*

95. Delubra.] De his vid. Ascon. Padian. ad divinat. Joh. Rosinum Antiq. Rom. lib. 2. c. 2.

97. Quid loquar aërio pendentes fornice rivos.] Neratius J. C. lib. 2. responfor. Usufructuarius novum rivum parietibus non potest imponere. l. 61. ff. de usufr. quam l. Cujac. lib. 3. observat. cap. 36. corrigi, & putat pro rivum legendum tectorium, quia rivi sint in solo. Imò fuisse quoque in superficie patet hic ex Rutilio, & Manil. lib. 4.

Et peregrinantes domibus suspendere rivos.
Stat. lib. 1. sylv. 6.

— Præcelsis quarum vaga molibus unda
Crescit, & innumero pendens transmittitur arcus
Manil. lib. 4

Et peregrinantes domibus suspendere rivos.

Fallor, an & huc respexit Seneca præfat. lib. 1. quæst. natur. Dum inquit: Nec potest ante commensari porticus, lacunaria ebore fulgentia, & tonsiles sylvas, & derivata in domos flumina, quam totum circumeat mundum. Sed hac de re extat caput in variis nostris, ubi decenter Cujacii correctio corrigi-
tur.

102. Consumunt totos celsa lavacra lacus.] De balneis & thermis sive lavacris Romæ veteris, vid. Joh. Rosinum antiq. Rom. lib. 1. c. 14. & parallel. pom. doctiss. Thomæ Dempsteri Scoti, &c, quos brevi publicatum iri amici spem fecerunt, Dravetia de re libros elegantissimos.

107. Nempe tibi subitus calidarum curges aquarum Rupis.] Macrobius. lib. 1. Saturnal. c. 9. Cum bello Sabino, quod virginum raptarum gratia commissum est: Romani portam, quæ sub radicibus collis Viminalis erat, quæ postea ex eventu Janualis vocata est claudere festinarent, quia in ipsam hostes irruerant: postquam est clausa, mox sponte patefacta est. cumque iterum, ac tertio idem contigisset, armati plurimi pro limine, quid claudere nequibant, custodes steterunt, cumque ex altera parte acerrimo pralio certaretur, subito fama perulit, fusos à Tacio nostris. Quam ob causam Romani,
qui

qui aditum tuebantur, territi profugerunt. Cumque Sabini per portam patentem irrupuri essent, fertur ex ade Jani per hanc partem magnam vim torrentium, undiscententibus erupisse, multasque perduellium catervas exustas ferventi aqua, aut devoratas rapidâ voragine, deperisse: Ea re placitum, ut belli tempore, velut ad urbis auxilium profecto Deo fores referrentur.

111. Quid loquar inclusas inter laquearia sylvas.] Tibull. lib. 3. eleg. 3. v. 15.

Et nemora domibus sacros imitantia lucos.
Seneca lib. 5. Decl. Intra ædificia vestra undas & nemora comprehenditis. Et paulo post: Alunt in summis culminibus mentis a nemora, & navigabilium piscinarum freta. Idem Epist. 123. Non vivunt contra naturam, qui pomaria in summo turribus serunt: quorum sylva in tectis domorum ac fastigiis nutant; inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent? Senec. Tragic. in Thyest. v. 461. & seq.

Nulla culminibus meis Imposita nutat sylva.
Tales fortè horti illi Babylonii pensiles, & alii Thebi, apud Plin. lib. 36.

112. Vernula quæ vario carmine ludat avis.] Ovid. 3. Trist. eleg. 12.

Indocili quæ loquax carmine vernat avis.

115. Erige crinales lauros.] hoc est, crinibus idoneas. Claudian. de raptu Proserpinæ lib. 1. v. 17.

— I. atusque simul procedit Iacbus

Crinali florens hedera,

115. Seniumque sacrali Verticis in virides Roma re-
tinge comas.] Canis & sparfis crinibus Roma pingebatur. Sidon. Apollin. carm. 7. v. 45.

Cum procul erecta cæli de parte trabebat

Pigros Roma gradus, curvato cernua collo

Ora ferens, pendens crines de vertice tecti

Pulvere, non galea. — Vid. eund. Carm. 2. &

carin. 5. Simile quid Prudent. contra Symmachum, ubi introducit Romam loquentem:

Senium

*Senium omne renascens
Deposui, vidique meam flavescere rursus
Caesariem.*

117. Aurea turrigero radiens diademata cono.]
Lucan. lib. 1.

*Ut ventum est parvi Rubiconis ad undas
Ingens visa duci patria trepidantis imago,
Clara per obscuram vultu maestissima noctem,
Turrigero canos effundens vertice crines
Caesarie lacera, nudisque astare lacertis,
Et gemitu permixta loqui.*

Arator lib. 1. Hist. Apostol. lib. 2. sub finem:
Hacturrita caput mundi circumtulit oris.

Sidon. Apollinaris, Carm. 1. v. 14.
Sederat exerto bellatrix pectore Roma,
Cristatum turrita caput.

121. Adversis solemne tuis sperare secunda.] Ita re-
ctè hunc versum Simlerus restituit, cum in Onu-
phrii editione legeretur,

*Adversus Solem ne vis sperare secunda,
Ioseph. Castalio sic legit:
Adversis solemne tuis sperare secunda.*

Melior & rectior videtur esse Simleriana lectio,
quam etiam in hac editione retinui.

123. Astrorum flamma renovant occasibus ortus.]
Sidon. Appollin. Carm. 7. v. 5.

*Sidera sunt isti, quae sicut inversa nitescunt,
Adversis sic Roma micat.*

125. Victoris Brenni non distulit Allia poenam.]
Vetera nonnulla exemplaria, Panum, quod ab o-
mni ratione alienum. Ceterum de poena Brenni
ejusque exercitus ita L. Annaeus Florus: *Primum
omnium illam ipsam Gallicam gentem non contentus
manibus expulisse, cum per Italiam naufragia sua la-
tius traheret, sic persecutus est duce Camillo, ut hodie
nulla Senonum vestigia super sint.* Adco tempus illud,
quo Galli Senones Brenno duce rapidissimum
procurrentis imperii Romani cursum parumper
supprefferunt, non tam clade fuit functum, quam
virtu-

IN ITIN. RUTILII. 115
virtutis experimentis speciosum. Vide Aurelium
Victorem in Furio Camillo, ibi: cum Galli Seno-
nes, &c.

126. Sannis servitio fœdera serva luit.] Alludit
ad maximè illustrem ex gente Samnitica cladem
apud Furculas Caudinas acceptam, de qua Epito-
me Liviana, lib. 9. Titus Veturius, & Sp. Posthu-
mius apud Caudinas Furcas, dedulto in locum iniquum
exercitu, cum nulla spes evadendi esset, fœdere cum
Samnitibus facto, & sexcentis equitibus Rom. obsidi-
bus datis, ita exercitum abduxerunt, ut omnes sub
jugum mitterentur, videmque auctore Sp. Posthumio
Coss. qui in Senatu fuisset, ut eorum deditio, quo-
rum culpa tam deforme fœdus ictum erat, publica fides
liberaretur: cum duobus trib. plebis, & omnibus qui
per fœdus sponderant, dediti, Samnitibus non sunt
recepti, nec ita multo post susus à Papyrio Cursore Samni-
tibus, & sub jugum missis receptisque sexcentis equi-
tibus Romanis, qui obsides dati erant, pudor prioris fla-
giti abolitus.

126. Servitio fœdera luit.] Eusebius Chronicor. lib.
pr. interprete Hieronymo: Romani Samnitas dis-
tissime contra se praeliantes ad extremam servitutem sui
redigunt. Ceterum bellum Samniticum cepit
M. Valerius Corvo III. A. Cornelio Cossio Arvina
Coss. qui in magistratu suo primi omnium Samni-
tes bello lacefferunt A. A. V. C. CCCLXXVIII.
numero Eusebiano, MDCLXXV. finem accepit L.
Papyrio Cursore II. Sp. Carvilio Maximo II. Coss.
A. A. V. C. CCCLXXX. numero MDCCXLV.
uno & septuagesimo anno postquam excitatum
fuit. Ioseph. Scaliger in animadv. ad d. lib.

127. Post multas Pyrrhum clades superata fugasti.]
Pyrrhus Rex Epirotarum paterno genere ab A-
chille, materno ab Hercule oriundus, cum impe-
rium orbis ageret, & Roman. potentiam vide-
ret, de bello consuluit Apollinem, ambigè respon-
dentem:

Aio te Acida Romanos vincere posse.

Quo dicto in voluntatem tracto pro Tarentinis adversus Romanos arma sumpfit.

127. *Superata.*] Inprimis Valer. Levinus Consul infeliciter adversus Pyrrhum pugnavit: cum elephantum converteri in spectaculum belli procurrissent, quorum inusitata facie & novo odore simul ac stridore confernati equi, cum incognitas sibi belluas amplius quam erat, suspicarentur, fugam stragemque latè dederunt.

127. *Fugasti.*] De fuga & morte Pyrrhi, uti & Annibalis, cujus in seq. v. mentio, scite D. Hieronym. epist. ad Gerontium, de monogamia: *Annibal de Hispania sinibus orta tempestas, cum vastasset Italiam, vidit urbem, nec ausus est obsidere. Pyrrhum tanta tenuit Romani nominis reverentia, ut deletis omnibus, & propinquo recederet loco, nec audebat victor aspicere, quam regum didicerat civitatem. Et tamen pro hac injuria (non enim dicunt superbia) qua bonos exitus habuit: alter toto orbe fugitivus, tandem Bithynia, mortem veneno reperit, alter reversus in patriam, in suo regno occubuit: & utriusque provincia populi Romani veltigales sunt.*

128. *Flevit successus Annibal ipse suos.*] Annibal Amilcaris filius, novem annos natus, à patre artis admotus, odium in Romanos perenne juravit. Exinde socius & miles in castris patris fuit, quo mortuo causas alias atque alias novorum motuum quærens, tandem perfractis Alpibus in Italiam descendit, & Romanis bellum intulit. Verisimile autem est authorem nostrum respicere ad primam illam Annibalis victoris, non sine præfugio quodam fati imminenti confessionem, cum Hasdrubal ab Hispania cum novo exercitu, novis viribus, nova belli mole in Italiam veniens à Claudio Nerone & Livio Salinatore fuit circumventus & compressus. Quæ re Annibal cognita, cum projectum fratris caput ad sua castra vidisset, Agnosco, dixit, infelicitatem Carthaginis, authore L. Floro. lib. 2. c. 6.

Flevit

128. *Flevit successus.*] Ovid. in Epist. Penelopes ad Ulysses:

Flebam successu posse carere dolos.

130. *Exiliuntque imis altius alta vadis.*] Castalio quò alta ejecit, & reposuit, alta. quæ correctio rationem habet, & confirmari potest his suavissimis, Severini Boethii versibus, lib. 2. de consolat. Phil.

*Validis quondam viribus acta
Pronum flestit virga cacumen;
Hanc sic curvans dextra remisit,
Recto spectat vertice calum.*

Mihi verò etiam præca lætio videtur esse venustissima. Sentus hic est: Quæ sunt alta & sublimia, licet ea mergere & supprimere coneris, tamen resurgunt, & ex infimo longè altius evehuntur.

135. *Quamvis sedecies denis, &c.*] Notatur hoc vers. & seq. annus urbis MCLXIX. Is annus secundum Varonem est CCCXVI. Christi Dionysianus, secundum Catonem, CCCXVII.

137. *Quæstant nullis obnoxia tempora seclis.*] Erinna poetria in virili illo & pleno spiritus carmine, ad ipsam Romam:

*Πάυται δὲ σπαδάων ὀμέγης ἄϊόν,
Καὶ μεταπλάσσειν βίβν ἀλλοτ' ἀίνας,
Σοὶ μὲν ἀπλησίον ὄνειρον ἀρχάς
Ὀύρα ταλάμει.*

*Ipsa quæ gaudet variare cuncta
Resque transformans hominum velustas,
Spirat hæc uni tibi semper auram
Puppe secundam.*

139. *Illud te reparat, quod cætera regna resolvit.*] Sidon. Apollin. carm. 5. v. 63.

— tua nempe putantur

Surgere fata malis.

140. *Ordo renascendi est crescere posse malis.*] Idem Sidon. carm. 7. v. 6.

— Sic Roma micat, cui fixus ab ortu

Ordo

Ordo fuit crevisse malis.

142. *Submittant trepidi perfida colla Getæ.]* Getæ iidem cum Gothis, quod Jornandis debemus indicio. *Getarum* nomen antiquissimum apud Græcos; *Gothorum* appellatio vix post Constantinum simul cum ipsius gentis in Thraciam irruptione nota esse cœpit.

142. *Perfida colla.]* Gotthi fidem fluxam gerebant. Ammian. Marcell. lib. 2. 2. de Juliano Imp. *Suadentibus proximis, ut aggredieretur propinquos Gothos, sæpe fallaces & perfidos, hostes quæverere se meliores ajebat.* Salvian. Massil. lib. 7. *Gotthorum gens perfida, sed pudica.* Sidon. Apollin. lib. 6. Epist. 6. *Postquam fœdis fragam gentem rediisse in suas sedes comperi, neque quicquam viantibus insidiarum parari, nefas credidi, ulterius officiorum differre sermonem.*

146. *Altricemque suam fertilis orbis alar.]* Roma omnes quasi mater benigna pleno & exerto ubere fuscipiebat, teste Symmacho lib. 3. Epist. 7. Corippus de laudibus Justinii Aug. Minoris, lib. 1.

*Addidit antiquam tendentem brachia Romam
Exerto & nudam gestantem pectore mammam
Altricem imperii, libertatisque parentem.*

Cassiodor. 2. Variar. 1. *Quid credi nobis possit optarius, quam ut alumnos proprios ad ubera sua Roma recolligat, & in venerando nominis cœtu senatum annumeret.*

147. *Quin & sæcundas tibi conserat Africa menses.]* Columella in præfat. rei rust. In *Africa Numidia partes arena fecunditate vel robustissimum solum vincunt.* Claudian. de laudib. Stiliconis lib. 1. v. 256.

*Tunc spicis, & dente comas illustris eburno
Et calido rubicunda die, sic Africa fatur.*

147. *Fæcundas menses.]* Tibul. lib. 4. Car. ad Messillam:

*Cui fuerant flavi ditantes ordine sulci,
Horrea fæcundas ad deficientia menses.*

148. *Sole suo dives, sed magis imbre tuo.]* Imbre tuo, hoc est, sanguine in Africa occisorum, quo luxuriabat humus, & pinguior reddebatur. *Imber sanguinis*, Prudentio, peristeph. hymn. 12. & *Rivus*, eidem, in pugna Concordiæ & Discordiæ:

— *Summo tenus extrema tactu*

Læsa cutis, tenuem signavit sanguine rivum.

Rores sanguinei, Virgil. lib. 12.

— *Spargit rapida ungula rores*

Sanguineos, mistaque cruor calcatur arena.

Unda sanguinis. Sil. Ital. lib. 10. item Valer. Flacc. lib. 6. Argonaut.

— *Ingentem subiti cum sanguinis undam*

Vidit, & extremo lucentia pectora ferro.

Sanguinei imbres, eid. lib. eod.

Volvit ager galeas, & thorax egerit imbres

Sanguineos.

149. *Interea Latiis consurgant horrea sulcis.]* Ælius Lampridius in Alex. Severo: *Horrea in omnibus regionibus publicafecit, ad quæ conferrent bona ii, qui privatas custodias non haberent. Ad quem locum eruditiss. Isaac Casaubonus notat fuisse jam olim in urbe publica horrea, ut Sulpicia, & quas vocat Dio in Commodo *αποθήκας τῶν τῆ Ἀρχαίων καὶ τῶν Ἀρχαίων φορτίων*: fuisse & alia: sed in singulis urbis regionibus certa horrea instituisse Alexandrum: fierique horum mentionem in singularum regionum urbis descriptione à sexto Aurelio Victore: præfectos fuisse his curatores, qui in antiquis inscriptionibus sæpe nominantur.*

151. *Ipse triumphali redimitur arundine Tibris.]* Hoc flumine vix ullum in historiis Romanorum celebratius, de cuius nomine, epithetis, ortu, cursu, longitudine, latitudine, profunditate, incremento, inundationibus fuisse P. Merula, Cosmograph. p. 2. lib. 4. c. 11. pag. 113. & seqq. Adde Fr. Juret. ad Symmachi lib. 1. Epist. 8. Illud

hic reticendum non est, aliquod observatum fuisse discrimen in prolatione vocum, *Tiberis, Tibris, & Tiberini*. *Tiberis* enim communi sermone dicebatur, *Tibris* poetice, *Tiberinus* in sacris, notante Servio ad lib. VII. *Aneid.* quod tamen non ubique verum.

152. *Romuleis famulas classibus aptet aquas.*] Pro ossibus, præter Joseph. Castal. reposuit, *classibus*. Doctiss. ille Symmachi interpret. Fr. Juretus ad lib. 2. epist. 6. quam lectionem dudum probavi. Neque enim dubium, quin poeta intelligat *classes frumentarias*. Symmach. lib. 10. epist. 22. *Mittetis etiam regiam classem, quæ annariis copiis angeat devota plebis alimoniam*. Hanc ergo in Tiberinis ossibus mixtus populo Senatus excipit. Lampridius in Commod. : *Instituit Africanam classem, quæ subsidio foret, si Alexandrina frumenta cessassent*. Claudian. de bello Gildon. v. 52.

*Tor mihi pro meritis Lybiam, Nilumque dedere,
Ut dominum plebem, bellatoremque Senatum
Classibus astivis alerent, geminoque vicissim
Litore diversi complerent horrea venti.*

Sidon. Appollin. lib. 1. epist. 9. *Comperi naves quinque Brundisio profectas cum speciebus tritici ac mellis ostia Tiberina tetigisse.*

155. *Pande precor gemino placatum Castore portum.*] Ita leg. non, *portum*. Respicit enim certo ac manifestè ad illum *portum*, qui appellatur urbis æternæ, in l. 1. de sacriis port. Rom. C. Theod. & portus sacrae urbis, in l. 1. de can. frum. urb. Rom. eod. Extat apud Cassiodor. 7. var. 9. formula comitiva *portus urbis Romæ*, & adjicitur, quia longius à litore Roma videbatur posita, hanc inde magis incepisse, ubi decorum ingressum navium possideret. Hic *portus Augustus* à veteribus fuit appellatus. Unde natum dissidium inter Neofericos scribit Fr. Juretus in Miscell. ad Symmach. lib. 3. epist. 55. qui variis Imperatoribus illum tribuerint. At dubium non est, Claudium Imp. hujus operis

operis primum & unicum extitisse auctorem. Sueton. Tranq. in Claudio cap. 20. *Perfecit portum Hostiensem; quamquam sciret ab Augusto precantibus assidue Marsis negatum*. Euseb. in Chron. *Portum Ostia Claudia exstruxit, dextrâ lævaque duobus quasi brachiis objectis*. De eo quoque *portu* non pauca legere est apud Dion. lib. IX. quem perfecisse Claudium scribit magnitudine animi, & potentiâ Romanâ dignum, quod loca circum Ostia Tiberis, neque tuta navibus appellendis essent, neque portus opportunos haberent. Ad seundem *portum* referendus est locus, Apuleji, in fin. lib. 11. *Metam. Romam versus profectionem dirigo: tutusque prosperitate ventorum ferentium, hanc portum celeritè, ac deinde carpento pervolavi*. Longius ab urbe; quam Ostium distare, patet ex Itin. Antonini. Ibi enim ab urbe in *portum* quidem XIX M. P. signantur. Ostium vero usque, XVI Procopius lib. 1. belli Goth. *portum* ab urbe Româ CXXVI stadia abesse memorat, & decursum Tiberis ad *portum* describit, qui dextro fluminis brachio adjungebatur: urbem addens eo loco Romanis præficus construatam, muroque prævalido munitam, cui ab ipso *portu* nomen inditum. Tradit idem Procopius, ad lævam ex altera parte, quâ in mare Tiberis secundo brachio influit, urbem Ostiam adjacere, & eam fluminis ripæ fuisse contiguam. Urbis, quam ad *portum* contruxisse notat Procopius præficos Romanos, author censetur optimus princeps Trajanus, quem in melius *portum* restaurasse, atque interius tutiorem sui nominis fecisse, scribit commentator vetus in Juvenalem, in istud, Sat. 12.

— *intrat positas inclusa per æquora moles.*

Hæc de *portu Augusto*, de quo plura vid. ap. Fr. Juret. d. l. P. Merul. in Cosmograph. p. 2. lib. 4. c. 21. Hieron. Suritam, commentar. ad Itin. Anton. Aug. p. 458.

15. *Gemino placatum Castore.*] *Castorum* numen iis in locis

122 SITZMANNI ANIMADV.
locis colebatur, ventorum marisque gratiâ. *Æ-*
thicus in Cosmograph. de Tiberi. Insulam facit in-
ter portum urbis, & Ostium civitatem, ubi populus
Romanus cum urbis præfecto vel Consule, Castorum
celebrandorum causâ egreditur, solemnitate jucundâ.

¶ 155. *Gemino Castore.*] *Servius in 3. Georg. Ambo li-*
center & Polluces, & Castores vocantur. Symmach.
1. epist. 89. Olim cum res Romana adorea militaris
potiâ est, Polluces gemini apud Inturna lacum prælii
secunda vulgârunt. Arnob. lib. 1. Clari Dii Castores,
equos unus domitare consuetus, alter pugillator bonus,
& credo inexuperabilis castus. Etiam de uno olim di-
cebatur Polluces, ut ait Varro 4. de L. L. cuius rei
exemplum apud Plaut. in Bach. act. 4. scen. 8.

Castor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules.

157. *Si non displicui regerem cum jura Quirini.*] Videtur, hoc dicere: si placui cum essem Præfectus urbis. Eam enim dignitatem obtinuisse Rutilium, ex inscriptione libelli satis superque apparet. Ita Sidon. Appollin. Carm. 7. v. 297.

Intemerata mihi Præfectus jura regebat.

157. *Regerem cum jura.*] *Eleganter Pomponius IC.*
Per eos, qui juri dicundo præsum, effectus rei accipitur,
quantum est enim jus in civitate esse, nisi sint, qui jura
regerè possunt. l. 2. §. post originem, ff. de Orig. jur.
Manil. lib. 4. de Julio Cæsare:

Cum bene compositis vultor civilibus armis
Jura togæ regeret.

Idem eod.

Jura sui libræ permittit prima rogenda.

Claudian. in Rufin. lib. 2. v. 82.

Nec pudet Ausonios currus, & jura regentem
Sumere deformes ritus vestemque Getarum.

Fórtunat. de Lupo duce:

Bella moves armis, jura quiete regis.

Plura vid. apud Savaron. ad Sidon. Appollin. Carm.
7. v. 297. & v. 313.

158. *Si colas sanctos consulisque patres.*] *Florus*
lib. 1. c. 1. de Romuli institutis: Auctis brevi vi-
ribus,

IN ITIN. RUTILII. 123

ribus, hunc rex sapientissimus statum Reipub. imposuit,
ut juvenus divisa per tribus, in equis & in armis ad
subita belli excubaret: concilium Reipub. penes senes
esset, qui ex autoritate Patres, ob ætatem Senatûs vo-
cabantur.

171. *Hujus facunda commissa palatia lingua, Pri-*
mævus meruit principis ore loqui.] *Rufius ille, Albi-*
ni filius, fuit Quæstor. Quæstores autem dicuntur
principis ore loqui. 8. Variar. 14. Quid tibi conve-
niat, vides. Vox legum diceris, dum nos jura condi-
mus. Idem, ibidem: Eloquentia bona in epum est in
Quæstore predicare, cum ad hoc specialiter probetur ad-
sciis, ut opinionem temporum commendet qualitate
dictorum. Theodahadus Rex Patricio V. C. Quæ-
stori, apud eund. 10. var. 6. Ideo Quæstura tibi fas-
ces per decimam tertiam Indictionem propriâ divinitate
concedimus: ut facias generalitatis votum juridicorum
sequendo judicium. Totum te legibus, totum responsis
trâde prudentium. Sic nobis optimè consulueris, si pri-
scorum servias constitutis. Considera in verbis tuis lau-
dem positam principalem. Fama nostra est, quod loque-
ris. Sidon. Apollin. Carm. 1. v. 23. & seq.

Sic nos ô Cæsar, nostri spes maxima secti,

Post magnos proceres parvula thura damus.

Audacter docto coram doctore canentes,

Aut Phæbi, aut vestro qui solet ore loqui.

Qui licet aternâ sit vobis Quæstor in aulâ,

Eternum nobis ille magister erit.

Idem Carm. 5. v. 575.

— *cujus dignatur ab ore*

Cæsar in orbe loqui, licet & Quæstore deserto

Polleat.

173. *Rexerat antè puer populos Proconsule Pænos,*] *Pro-*
consul dictus est, quod consularem habeat
potestatem, & pro Consule provinciam admini-
strat. Quod sit ejus officium, & quæ potestas, scitè
explicuit Fr. Duarenus c. 2. ad tit. ff. de offic. pro-
conf. & innuit aliquantum Salvianus Massil. lib. 7.
de gubern. Dei, de Carthagine, urbi aternæ ma-

124 SITZMANNI ANIMADV.
ximè adverbialia, verba faciens : Illic (ait) honor
proconsularis, illic quotidianus iudex & rector, quan-
tum ad nomen quidem proconsul, quantum ad potentiam
Consul. Porro tam ex Rutilio, quam Salviano dis-
cimus, Africam olim fuisse provinciam procon-
sulare, cui loco proconsulis datus est præfectus
Prætorio, posteaquam Justiniani auspiciis Belisarius
eam ad Imperii Romani obsequium fidemque
reduxit, & Vandalis eripuit, ut est in l. 1. §. 1. C.
de offic. præf. Præf. Afr.

173. Puer.] Quid, inquires, an & pueri fuerunt Pro-
consules? imò non tantum Proconsules, sed etiam
Consules. D. Hieronymus in epist. ad Demetriadem
de serv. virgin. Pius filius, vir amabilis, clemens,
dominus, civis affabilis, consul quidem in pueritia,
sed morum bonitate Senator illustrior. Legimus
Honorio, puero nobili, consulatum à principe
datum esse, l. nemo. 14. C. de relig. & sumpt. fun.
l. fin. C. de privil. eor. qui in sacro pal. mil. ubi
Cujac. & pupillos tribunatum numerorum fuisse
meritos, perspicue patet ex l. ult. C. de test. mil.
Quantumvis enim non possit efficere princeps, ut
rectè iudicet, & decenter magistratum gerat im-
pubes : tamen probabilis causa potest movere prin-
cipem, ut impuberem, patiatur magistratum ge-
rere, perinde ac si dignus esset. Malum quidem
hoc est per se, sed potest utile interdum esse Reipub.
majoris alicujus incommodi vitandi gratiâ.
Jason Theffalus dicebat, in parvis rebus violandam
esse nunquam iustitiam, ut in maximis melius con-
servari possit. Vid. omnino Fr. Duaren. ad l. quidam.
57. ff. de re jud. Quid vero mirum, pueros
factos fuisse Consules, cum C. Caligula equum suum
voluerit consulatum capessere. Sueton. in Caligula :
Incitato equo, cujus causâ pridie Circenses, ne in-
quietaretur vicinia silentium per milites indicere solebat
præter equile marmoreum, & præsepe eburneum, præ-
terque purpurea tegumenta, ac monile è gemmis, do-
num etiam & familiam & suppellectilem dedit, quo
lau-

IN ITIN. RUTILII. 125
lantius nomine ejus invitati acciperemur, consulatum
quoque traditur destinasse.

176. Si fas est meritis fidere consul erit.] hoc est,
ad summum fastigium privati hominis ascendet,
omnibus omnium dignitatum fastigiis præponen-
dum. Pæpin. Starius lib. 4. Sylv. septimumdecim-
um Germanici consulatum adorans :

gaudent turmeque tribusque
Purpureique patres, lucemque à Consule ducit
Omnis honos.

Theodoricus rex apud Cassiodorum lib. 2. var. 2.
Felici V. I. ad consulatum promotus : Pridem tibi
honorum tribuimus gradum, nunc fastigium concedimus
dignitatum, ut & anteriora tibi meritis contulisse vi-
deamur, & in sequentibus constantiam tenere nostra be-
nignitas aestimetur.

179. Tum demum ad nares gradior quâ fronte bi-
corni Dividuis Tiberis dexteriora secat.] Cunctis
fluminibus veteres cornua tribuebant, sive quod
mugitum boum imitatur murmur aquarum, sive
quod plerumque in cornuum similitudinem
curvata cernimus. Festus : Taurorum simulacra flu-
minum, id est, cum cornibus, quod sunt atrociora, ut
tauri. Vid. Donat. item Serv. ad illud Virg. lib. 8. Æn.

Corniger Hesperidum suavius regnator aquarum.
Ælian. lib. 2. var. c. 33. Sophoc. & Sophoclis
scholia in Trachin. Pier. lib. 3. Hieroglyph. Savar.
ad Sidon. Apollin. carm. 2. v. 389. Hieron.
Magon. miscellan. lib. 4. c. 2. Val. Flac. lib. 1.
Argon.

Sylvarumque Dea, atque elatis cornibus amnes.
184. Et jam nocturnis spatium laxaverat horis Phœ-
bus chelarum pallidior polo.] Ait Rutilius hoc disti-
cho se urbe decessisse sole chelas ingrediente : hoc
est, secundum Sotigenem, & omnium ejus ævi
sententiam XXIV Septembris.

185. Cunctamur tentare salum.] lib. vet. solum,
contra mentem authoris.

185. Portuque sedemus.] Virgil. 7. Æneid.

Sive errore via, seu tempestatibus aëti
(Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto)
Fluminis intrastis ripas, portuque sedetis.
 Sidon. Apollin. Carm. 2.

Siste Camæna modos tenuis, portuque potenti
Jam placido sedeat mihi carminis anchora fundo.

187. *Occidua infido dum sævit gurgite Plias.]*
 Pleiades timendas navigantibus scribit Senec. in
 Herc. Fur. v. 10. quia à nautis ob futuram, quam
 denunciant, tempestatem timentur, auctore Ger-
 manico in Phænom. Consule Hesiod. lib. 1. de op.
 & die.

194. *Qui dominas arces.]* Cur dominas? vel quia
 Roma terrarum domina, Dionys. Afer.

Ρώμην πικρῆσαν ἐμῶν μέγαν οἶκον ἀνάκτορον
Μηδῆ ἐκ παρσίαν πόλεων, ἀφνειὸν ἔσθλον.
 Vel quia ibi dominorum, id est, Imperatorum se-
 des tunc temporis. Quæ etiam de causâ βασιλεύσαν
Ρώμην, βασιλεύσαν πόλιν Ρώμην dixerunt Græci
 scriptores, quos citat Desid. Herald. in animadv.
 ad Martial. lib. 1. epigr. 4. *Dominæ Roma* apud Mar-
 tial. d. epigr. & lib. 10. Epigr. 103.

Mænia dum colimus dominæ pulcherrima Romæ.
 Æthicus in cosmographia: *Urbem egreditur, quæ*
naves de portu urbis ad dominam totius mundi Romam
ascendunt. Dominam urbem appellat Nemesianus,
 eclog. 1.

Nam sic dulce sonas, ut te placatus Apollo
Provehat, & felix dominam perducatur ad urbem.
Et caput orbis habet.] Ovid. 5. Fast.
Hic ubi nunc Roma est, orbis caput, arbor, & herba,
Et pauca pecudes, & casa rara fuit.

D. Hieron. ad Gaudentium, de Pacatulæ infantulæ
 educatione: *Urbis inclita & Romani imperii caput,*
uno hausta est incendio. Nulla est regio, quæ non
exules Romanos habeat. Idem, ad Demetriadem, de
serv. viig. Urbis tuæ, quondam orbis caput, Romani
populi sepulcrum est, & tu in Libyco litore exulem vi-
lam exul ipsa accipies.

198. *Signat septenis culmina grata jugis.]* Q. Fa-
 bius Pictor, lib. de sec. aur. *Has rupes antiqui septem*
colles & septem montes appellaverunt. Claudian. lib. 3.
de laudib. Stilic. v. 65.

— *septem circumspice montes*
Qui Solis radios auri fulgore laceffunt.
 & v. 135.

Quæ septem scopulis zonas imitatur Olympi,
Armorum legumque parens.
 Idem de nupt. Honor. & Marix, Od. 2.

Dominique læta volis
Aurea septemgeminas Roma coronet arces.
 Tibullus lib. 2. Eleg. 5. v. 55.

Carpite nunc tauri de septem montibus herbas,
Dum licet: hic magne jam locus urbis erit.

199. — *ipse videtur, quem sibi Roma fatit pu-*
rior esse dies.] Apulejus lib. 5. metamorph. *Iam ca-*
tera partes longe lateque disposita domus, sine precio
preciosa, totique parietes solidari massis aureis, splen-
dore proprio coruscant, ut diem suum sibi domus
faciat, licet Sole notente: sic cubicula, sic porticus,
sic ipsæ valvæ fulgurant. Corippus lib. 1. de laudibus
 Justin:

Est domus interior rectorum in parte superna,
Luce suâ radians, & aperto libera cælo,
Conspicuo vitrei splendens fulgore metalli:
Dicere si fas est, rutili nonindiga Solis
Vel Solis dicenda domus: gratissima visu,
Et facie miranda loci.

Idem lib. 1.
Adibus in magnis miro constructa paratu
Extabat sedes, auro gemmisque superba,
Lumen habens sine Sole suum: iustratque propin-
quos

Gemmarum natura locos, rerumque colores
Mutans, & Phæbi radios fulgentis obumbrans.
 201. *Sæpius attonita resonant Circensibus aures.]*
 Juvenal. Sat. 11.

128 SITZMANNI ANIMADV.

Totam hodie Romam Circus capit, & fragor aureo Percussit.

Ansonius Carm. de Nai ηγῆ ou Πουδαυ εκουῶ.

Hinc fora dissaltant clamoribus, hinc furiosi Iurgia sunt Circi: cuneati hinc lata theatri Sedittio.

202. Nuntiat accensus plena theatra favor.] Ovid. lib. 3. Eleg. 12.

Scena viget, studiisque favor distantibus ardet,

Cumque tribus resonant ierna theatra foris.

Arnobius lib. 4. adversus gent. Conclamant & consurgunt theatra, cave omnes concrepant fragoribus atque plausibus.

Theatra.] Theatrum à nomine θεαδ dictum existimavit Plutarch. in lib. de Musica. Rectius dixerit à θεῶν δαυ, Isidor. Orig. xv. 2. xviii. 42. quod est spectare. Cassiodoro Latine est Visorium, Servio lib. 5. Aneid. 288. Spectaculum. Sic Plautus Mil. glor. Spectacula ibi ruunt. Sed quare Theatrum à videndo magis quam ἀνεργαθῆρον ab audiendo? Rationem affert Jul. Cæs. Scaliger, lib. 1. poet. c. 21. quia bonis temporibus corporum certamina tantum spectari solita, non autem ingeniorum. D. tamen Chrysost. Orat. 32. Theatrum esse ait populi auditorium. Δῆμον γὰρ ἐστὶν αἰὸν τὸ θέατρον. h. e. populi enim auditus theatrum est. Aurelianus in vita D. Martialis: Sanctus Martialis cum discipulis suis perrexit ad theatrum, predicare evangelium. Plura de nomine theatri & amphitheatri vid. apud Theod. Marcilium in prolegom. ad M. Valer. Martialis epigram. in amphitheat. & venationes Cæsaris Domitiani. Rosin. antiq. Rom. lib. 4. c. 4.

203. Pulsato nota redduntur ab athere voces.] lib. vet. ad athera. Sed legendum, ab athere, jamdudum monuit Simlerus, & lectionem hanc Castalionis editio recepit, quam etiam nos retinimus. Erat autem Circus Maximus valli propinquus, unde major objecta valle sonus reddebatur, Echo voces emissas remittente, quod variorum scriptorum estii-

IN ITIN. RUTILII. 129

testimoniis probat Thomas Dempsterus ad Ioh. Rofini antiq. Rom. lib. 5. c. 5.

204. Vel quia perveniunt.] Ovid. lib. 4. Fa-

stor.

Index latitiae fertur ad astra sonus.

Corippus lib. 2. de laud. Just.

Summi clamor pervenit in astra favoris.

Cum vulgus optat aliquid, tamen id non evenit, tamen quasi id evenerit, sibi ipsum persuadere conatur. Ad Illust. Joseph. Scalig. Castigat. in Catull. carm. 62. ubi hunc Rutilii locum laudat, & simillimum ait esse apud Callimach. Ἀστὲρ γὰρ πᾶσι δῶκε.

205. Explorata fides pelagi.] Petron. Arbitr. in Satyr. Subitini ego tristis, capique viventibus oculis maris fidem inspicere. Tertullian. de pallio, cap. 2. Mari fides infamis.

205. Ter quinque diebus.] Scribit se cum comitibus in portu sedisse, & expectasse quindecim dies, donec mota Vergiliarum ortu tempestas detumeret in proximo novilunio.

206. Dum melior Luna fideret aura nova.] Perspicue innuit, quinto decimo die post 24 Septembris fuisse novilunium, qui fuit ultimus quindecim dierum moræ, quam in commodiorum ventorum expectatione fecerat. Sanè anno Christi CCCCXVI. (quo iter in patriam adornabat Rutilius) epacta erat XIV, eaque è regione IX diei Octobris opposita indicat ibi novilunium eo anno contigisse. Intervallum à XXIV Septembris ad IX Octobris, sunt quindecim dies, quot scilicet expectarunt, dum tempus novilunii adventu miteret. Intelligendus igitur ille annus Urbis secundum varonem, non secundum Catonem. Consulendus omnino admirandus ille Josephus Scaliger, prolegom. in Chron. Eusebii Pamphili.

207. Tum discesurus studiis, urbique remitte Palladium.] Credibile, esse illum ipsum Palladium cu-

ius mentionem facit Symmachus, auctoris nostri Coartaneus lib. 1. Epist. 15. & 94. lib. 3. Epist. 50. Floruisse etiam illo seculo Palladios alios, & præcipuis dignitatibus fuisse præclaros: ostendunt inscriptiones Confitutionum utriusque Codicis.

209. *Facundus juvenis.*] Galli veteres præter cæteras gentes eloquentiæ gloriam reportarunt. M. Cato origin. lib. 2. apud Carisium: *Pleraque Gallia duas res industriosissime persequitur, rem militarem, & argute loqui.* S. Hieron. adversus Vigilantium: *Sola Gallia monstra non habuit, sed viris semper fortissimis & eloquentissimis abundavit.* Joh. Salisberienfis: *metalog. lib. 1. c. 24. Sequebatur hunc morem Bernardus Carnotensis exundantissimus modernis temporibus fons literarum in Gallia.*

209. *Gallorum nuper ab oris Missus Romanidiscere jura fori.*] Idem Galli magnum iter ad Romam proficiscebantur, non quod in suis provinciis atque patria terra studia non florerent: sed ut vel ubertatem Gallici nitoremque sermonis gravitas Romana condiret, vel ut fori Romani jura discerent. S. Hieron. ad Rusticum Monach. *Audio religiosam te habere matrem, multorum annorum viduam, quæ eruditæ infantem, ac post studia Galliarum, quæ vel florentissima sunt; misit Romam, non parcens sumptibus, & absentiam filii spe sustinens futurum, ut ubertatem Gallici nitoremque sermonis gravitas Romana condiret, nec calcaret in te, sed frenis miteretur, quod & in disertissimis viris Græciæ legimus, qui Asiæ tumorem Attico sicabant sale, & luxuriantes flagellis vineas falcibus reprimebant, ut eloquentia torcularia non verborum pampinis, sed sensuum quasi uværum expressionibus redundarent.* Constantius in vita S. Germani, c. 1. *Ut in eum profectio literarum plena conficeret, post auditoria Gallicana intra urbem Romam juris scientiam plenitudini perfectionis adjecit.* Inde Romam domicilium legum vocat Sidon. Apollin. lib. 1. Epist. 6. ubi Joh. Savaro. Adi quoque Fr. Juret. ad Symmach. lib. 9. Epist. 83.

211. *Ille mea secum dulcissima vincula cura Filius affectu, stirpe propinquus habet.*] Diu me torserant portenta exemplarium Onuphrii & Castalionis. In illis leg. *Cynna.* in his dempta litera, *Cyna.* Tandem Germanorum Philologorum & Poëtarum hujus avi facile eruditissimus mihi que amicissimus Michaël Virdungus suggererat legendum, *Cursæ.* quam lectionem esse genuinam, & revera ita scripsisse Rutilium, nemo ambigat. Ita vinculum sanguinis apud Senec. in Hippolyto v. 112.

— nimium potens.

Quanto parentes sanguinis vinclo tenes, Natura, quam te colimus inviti quoque. Vincula filiorum apud Salvian. lib. 3. contra avarit. *Miserissimi quique & impiissimi cum vinculis filiorum non constringantur, ipsi tamen sibi vincula parant, quibus infelicia animarum suarum colla constringant.*

213. *Cujus Aremorica pater Exuperantius oras.*] *Aremorici,* Galliæ populi. Traetus, sive ut noster loqui amat, *ora Aremorica* fit mentio apud Sidon. Apollin. Carm. 7. v. 370. & in Notitia Imperii. Plin. Nat. hist. lib. 4. c. 17. *Gallia omnis comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur, omnibus maxime distincta.* A Scalde ad Sequanam Belgica. Ab eo ad Garumnam Celtica, eademque Lugdunensis. Inde ad Pyrenæi montis excursus Aquitania, *Aremorica* a me dicta. *Aremorica* civitates Cæsari celebrantur lib. 7. Notanturque maritimæ, *Armor* enim Britannis inferioribus, qui Celticam antiquam linguam adhuc custodire creduntur, significat ad mare, aut supra mare. Vide Merul. Cosmogr. p. 2. lib. 3. cap. 31.

214. *Nunc postliminium pacis amore docet.*] Non dubium, quin, *amore* vox sit adulterina; quare legendum arbitror, *amare.*

217. *Solvimus aurora dubio quo tempore primum Agnosci patitur redditus arva color.*] Senec. in Octav.

*Jam vaga caelo sidera fulgens
Aurora fugat : surgit Titan
Radiante comâ , mundoque diem
Reddit clarum.*

217. *Solvimus.*] Hieron. in Epist. ad Fabiolam, de vestitu Sacerdotum : *Hæc ad unam lucubratiunculam cum jam funis solveretur à litore, & nauta crebris inclamarent, propro sermone distavi.*

223. *Alfia pralegitur tellus.*] *Alsum*, ἄλσιον, maritimum Tuscia oppidum est apud Plinium, Ptolomæum, Strabonem & Ciceronem, quod primum Aborigenes, deinde Pelasgi, postremo Tyrheni tenuerunt, ut scribit Dionys. Halycarnass. lib. 1. antiq. Rom. Nunc formam exigui vici potius, quam oppidi habet. Colonia vocatur à Livio lib. 27. & Vellejo Paterculo. Ab *Aleso* Argivo denominatum *Alsum*, innuit Silius lib. 8. de bello Pun. Plura pete ex V. CL. Abrahami Ortelii thesaur. Geographicô.

223. *Pralegitur.*] Isidor. lib. 10. orig. *Leffor à legendo dicitur, hoc est, percurrendo; unde & navis dicitur legere.*

223. *Pyrgique recedunt.*] *Pyrgi, πύργοι*, Straboni, Ptolomæo, Plinio, Antonino, Itinerariæ tabulæ aliisque noti. Virgilius Æn. x. 134. eos *veteres* cognominat. Coloniam Romanam facit Livius lib. 36. deductam anno DLX. Pub. Scipione Nasica, & M. Acilio Glabrione Coss. Tuscia urbs est. S. Marinello hodie appellari L. Albertus colligit ex eo, quod hujus loci templum adhuc vulgo *S. Maria de territorio Purgano* vocant. Abr. Ortelius in thes. Geogr. P. Merula. Cosmogr. p. 2. lib. 4. c. 21. Hieron. *Surita* commentar. ad Itin. Ant. August.

225. *Iam Caretanos demonstrat navita fines.*] *Kαίσην, Care* Virgilio Æn. x. 183. Festus author est, ab hoc oppido ritus sacrorum, divinosque cultus omnes *caremonias* appellatas, quod iis admodum additi essent *Cerites*. De *Caretanis* multa in hist. Rom. quod capta à Gallis Senonibus Roma, Vestales cum æterno igne sacrisque aliis Romanis profugas hospicio

tio benignè susceperint; quod Gallos Senonas cum præda domum redeuntes, fuderint, prædamque ereptam Romanis restituerint; pro quibus beneficiis Romani non dignam rependisse gratiam notantur, eorum, qui tum prærant, malignitate. Civitas quidem iis donata, sed sine suffragii jure: unde & alii, qui eodem cum civibus jure fruebantur, in *Cerites* tabulas referri dicebantur. Vid. Agell. noct. Atticar. lib. 16. c. 13. Ascon. Pæd. in Verin. item Liv. & alios. Strabo *Caretana* balnea saluberrima, & Martialis pernam *Ceretanam* vinumque *Ceretanum* laudant. Plura P. Merula Cosmograph. p. 2. lib. 4. c. 21. Ortel. in thesaur. Geograph.

226. *Ævo deposuit nomen Agylla vetus.*] *Care* quondam *Agylla* quoque nomen habuit à conditoribus Pelasgis, uti tradit Plinius lib. 3. c. 5. *Urbs Agyllina* meminit Virgilius lib. 7. v. 652. Æneid. 8. 479. Consulendi Dionys. Halicarn. lib. 1. Trogus seu potius ejus epitom. Justin. lib. 20. & Solin. in polyhistore: *Ἀγύλλα* Græcis; *Ἀγύλλα* Lycophroni. Inter XII. Etruriæ capita fuit antiquitus. Splendidam quondam & gloriosam civitatem, ætate suâ vix dum urbis vestigia retinuisse, ait Strabo; qui probandæ ejus magnificentiæ testatur ævo suo amplissima Agyllinorum dona in Appollinis templo adhuc visa. Alii diversam faciunt *Agyllam* ab *Care*, admodum exigua urbis tantæ vestigia superesse scribentes. P. Merula, d. c. 21. Ortel. in thesaur. Geograph.

227. *Stringimus — & fluviu & tempore castrum.*] Hunc versum ita supplet Josephus Castalio: *Stringimus absumptum fluviique, & tempore Castrum.*

Intelligit autem poeta Castrum Novum, de quo ita P. Merula d. c. 21. Post Martam fluviium interius paulò ab ora Cornetum est, in colle, quo loco fuit *Castrum novum*, cujus meminerunt, Plinius, Mela, Itineraria tabula *Καίσην ἴσθον* appellat, Ptolomæus.

maus. Aliud est *Castrum novum*, quod Antonimari propius locat, & remotius paulo versus Vulturium. Certè Conetum esse Castrum Novum, tam est certum, ut præter situs rationem, quæ apud Ptolomæum, hodieque ibi pars supersit *Veteris* appellationis. Urbs est in colle sita, eoque modico; tribus ab mari passuum millibus, antiquis adhuc superbiens mœniis, multisque turribus. Patria Gregorii V. P. M. & Roberti, ejus præsulis, qui symphoniarum cantusque Ecclesiastici reformavit rationem.

232. *Hoc Inui castrum fama fuisse putat.*] Virgil. lib. 6. *Æneid.*

Pometios, Castrumque Inui. ubi Servius ad Virgil. vi. *Æn.* 775. cujus verba refert Castal. in annotationibus.

237. *Ad Centumcellas forti defleximus Austro.*] *Centumcella*, Ammiano, Itineraria tabula, Antonino, est Tuscia urbs, ad mare mediterraneum, de cujus portu locifque conjacentibus eleganter Plinius Secundus lib. 6. Epist. ad Cornelianum, ep. 31. Strabo in ea regione *Πυρρίδα*, hoc est, regis *villam* commemorat, quæ Malaoti Pelasgi regia fuerit, quæ an ad *Centumcellas* pertineat, nondum liquet. *Centumcellas* à Sarracenis deletas tempore Ludovici Imp. tradit Blondus lib. 12. hist. Instaurata postea nomen acceperunt *Civitatis veteris*, quæ deinde ob aeris gravitatem penè deserta est. Vid. Ortel. in thes. Geogr. Hieron. Suitam com. ad itin. Ant. Aug. Merul. cosmograph. p. 2. lib. 4. c. 21. & Jac. Angust. Thuan. qui lib. 16. hist. scribit, *Centumcellas* esse Pontificia ditionis oppidum. Porro *Centumcellensis* portus descriptionem accuratiorem nulli invenies, atque hic apud *Rutilium*.

257. *Ut solet excussis pugnam praludere glebis.*] Ovid. lib. 4. *Trist.* Eleg. 8.

*Circus adhuc cessat, spargit tamen acer arenam
Taurus, & inflato jam pede pulsat humum.*

261. *Qualis Agenorei rapturus gaudia furti*
Per

Per freta virginum sollicitavit onus.] Alludit ad tabulam de raptu Europa. Herodorus tradit, quod à Phœnicibus raptus fuerit Io, propterea Græcos, hanc injuriam ultimos, Europam rapuisse. Euseb. 1. Chron. ait, à Cretensibus raptam, & navigio avectam, cui insigne fuit taurus, quæ res fabula occasione præbuit. Ad Lycophron. Lactant. lib. 1. divin. instit. c. 11. Achill. Tatium, de Clitoph. & Leucip. amoribus in pr. Ovid. lib. 2. *Metam.* fab. 18.

262. *Sollicitavit.*] Signatè loquitur. Petron. Arbitr:

— qui sollicitant nuptas ad præmia peccant.

Sollicitatores alienarum nuptiarum sunt, qui pudicitiam alienæ uxoris appellant, de quibus Jul. Paulus lib. 5. recepat. sentent. tit. de injur. *Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosam libidinis extra ordinem puniuntur.* Tertullian. lib. 1. adv. Marcion. Non timebitur nisi iusta & ordinaria dominatio: diligere autem potest etiam adultera. *Sollicitatione enim constat, non aut horitate; & adulatione, non potestate.* Dicitur etiam de foeminis. Martial. lib. 12. epigr. 98.

Cum tibi not a tui sit vita fidesque mariti,

Nec premat ulla tuos sollicitetque toros.

264. *Authorem pecudem fons Heliconis habet.*] Pausanias in *Bæoticis*, sive lib. 9. super lacum *stadia ferme XX. ascendentibus est fons qui Equi dicitur. Elicuisse hunc ungula terram fodientem Bellerophontis equum tradunt. ob eam rem Hippocrenen nominatum.*

265. *Elicitas simili credamus origine nymphas.*] Ita correxit Castalio. in veterib. exemplar. *nymphas.*

265 *Elicitas.*] *Elicitas*, hoc est, deductas. *Elices* Festo, lib. 5. *Éλικας* sulcos aquarios appellari ait Ulpian. l. 1. §. *sulcos.* ff. de aq. & aq. pl. item Columell. rei rust. lib. 2. Virgil. 1. Georg.

— cum excussus ager morientibus astuat herbis

Ecce supercilio clipeo surgit undam

Elicit.

269. *Intransemque capit discedentemque moratur
Postibus affixum dulce poema sacris.* Sidon Apollin.
lib. 2. ep. 2. *Pauci tamen versiculi lectorem adventi-
tium remorabuntur, minimè improbo temperamento,
quia eas nec relegisse desiderio est, nec perlegisse fastidio.*
Idem in Burgo:

*Fixus in introitu lapis est, hic nomina signat
Authorum.*

271. *Hic est qui primo seriem de Consule ducit.*
Commendat Messalam à generis splendore & anti-
quitate. Cùm Tarquini Superbi filius ornatissimæ
fœminæ Lucretiæ stuprum intulisset: L. Junio
Bruto & L. Tarquinio Collatino, Lucretiæ marito
ducibus & authoribus, quibus ultionem sui mo-
riens matrona commendaverat, populus Romanus
ad vindicandam libertatis ac pudicitæ decus quodam
quasi instinctu Deorum concitatus Reges in
exilium egit, & imperium in eisdem libertatis suæ
vindices transfudit, *Consulesque appellavit pro regi-
bus, ut consulere se civibus suis debere meminissent.*
Rectè tamen noster Rutilius asserit, Messa-
lam de primo consule seriem duxisse. Etenim Col-
latino altero ex consulibus tantum ob nomen &
affinitatem Tarquiniorum facibus abrogatis urbe di-
misso, *Publius Valerius, Voluti filius,* fuit sub-
stitutus, qui primum de Vejentibus, iterum de
Sabinis, tertio de utrisque gentibus triumphavit. Is
quia in locum Bruti collegæ consulem non subro-
gaverat, & domum in Velia tutissimo loco habe-
ret: in suspicionem regni affectati venit. Quo
cognito, apud populum conquestus, quod de se
tale aliquid timuissent, eminentes suas ædes di-
ruit. securæ item demptis facibus populo pro li-
bera concione submissus, & jus provocacionis ad po-
puli iudicium adversus magistratus dedit: hinc
Poplicola dictus. Cùm diem obiisset, adeò pauper
extitit, ut collectis à populo pecuniis publicè se-
pultus sit, annuo matronarum luctu decoratus.

273. *Hic & præfelli nutu pratoria rexii.* Cornel.

Ta-

Tacitus lib. 6. annal. de origine præfecturæ urbis
verba faciens: *Primus Messala Corvinus eam potestatem,
& paucos intra dies accepit, quasi nefcius exer-
cendi.* Plura de hoc Messala vid. in animadversionibus
Joseph Scaligeri ad Eusebii Chronicor. lib. pr.
ibi: *Messala Corvinus primus præfessus urbis factus,
sexta die magistratus se abdicavit.*

273. *Pratoria rexii.* Ammian. Marcellin. lib. 23. *Per
hæc tempora Vlacatius Resino absoluto vita dum admi-
nistraret ad regendam præfecturam Pratorianam ab ur-
be Probus accitus, claritudine generis, potentia &
opum amplitudine cognitus orbi Romano per quem u-
niversa pene patrimonia sparsa possedit, justè an seicus
nonjudiciali est nostri.* Sidon. Apollin. lib. 3. epist.
12. in Epitaphio Apollinaris:

Præfessus jacet hic Apollinaris

Post Pratoria recta Galliarum,

Mærentis patriæ sinu receptus.

274. *Sed menti & lingua gloria major inest.* Fuit
Orator summus; de cuius vitæ exitu Eusebius
Chron. lib. pr. interp. Hieronymo: *Messala Corvi-
nus orator, ante biennium, quàm moveretur, ita
memoriam ac sensum amisit, ut vix pauca verba con-
jungeret, & ad extremum ulcere sibi circa sacram spi-
nam nato inediâ se confecit, anno a tatis LXXII.*

275. *Ut bonus esse velit quisque disertus erit.*
Quisque, pro quisquis, antiquis usitatum fuit.
Imp. in l. 4. de offic. rect. prov. C. Theod. *Quis-
que susceperit. Aurel. Victor de Cesarib. c. 33. &
quisque pessimus erit, par similisque semper ipsi habe-
bitur.* Symmachus lib. 1. ep. 52. *Quisque bona frugis
est, in publicum commodum vendicatur.* S. Ambro-
sius lib. de non restituenda arâ victoriæ: *Deo
quisque militat, & qui intimo calendum recepit affectu,
non dissimulationem, non comitientiam, sed fidei stu-
dium, & devotionis impendit.* Ad quem locum ita
Fr. Juretus: *Certum est ab antiquis solitum poni,
quisque pro quisquis.* Id testimonia maximè poëta-
rum aperte probant; Alcinous;

Longè

Longè erit à primo quisque secundus erit.

Marcellus lib. de medicinâ :

*Quisque tamen nostrum hoc studium dignaere quæso
Præses.*

Paulinus lib. 1. de vitâ S. Martini :

*— in quisque legens tam vilia temnis
Carmina.*

279. *Paulisper litus fugimus Munione vadofum.]*

Munio in edicto Desiderij regis, Tuscia urbs, in agro Fesulano, in qua palantes Arinianos & Fluentinos collegit. *Minio*, Virgilio 10. *Æneid.* & Vibio Sequestro Tuscia fluvius est, qui *Munio* dicitur Rutilio. *Migno* Nigro & Blondo. *Mindo* Itinerariæ tabulæ, *Magnone* Leander nominat. Adi Abrah. Ortelium in thesauro Geograph.

281. *Inde Gravisarum fastigia rara videmus.]*

Gravisca, *γερβισκία*. Ptolomæo, Tuscia urbs. Mentio *Gravisarum* sit in l. quidam testamento. 30. ff. de legat. 2. & passim apud Livium, præsertim lib. 40. ubi eò Coloniam ab Romanis deductam scribit : quod etiam tradunt Vellejus Patereulus, & Sext. Julius Frontin. Sed & alibi Livius muros & portam *Gravisarum* fulmine percussam narrat. Plura de *Gravisca* Ortel. d. lib. P. Merula Cosmogr. p. 2. lib. 4. c. 21.

282. *Quas premit æstiva sæpe paludis odor.]*

Gravisca ab cœli gravitate & intemperie putantur dictæ, quod confirmare videtur hoc versu Rutilius, & Virgil. lib. 10. Dum *impetibus* vocat eadem.

291. *Credere mæuerim Pigmæa damnâ cohortis*

Et conjuratas in sua bella grænes.] Homerus *Iliad.* 7, ad hanc *ὀρθομαχίαν* respiciens, Trojanos græibus comparat. Claudian. de bello Gildon. v. 475. & seq.

Pendula cœu parvis motura bella colonis

Ingenii clamore grænes æstiva relinquunt

Thracia, cum repido permutant Strymonia Nilo.

Ubi poëta innuit in Ægypto habitare Pygmæos, quod

quod etiam tradit Scholiastes Homeri. Alii alio ponunt. Plin. lib. 7. nat. hist. c. 2. & lib. 4. c. 11. in Thracia, lib. 5. c. 29. in Asia, lib. 6. c. 19. in India, lib. 6. c. 30. in Æthiopia, Paul. Jovius lib. de Mofcouthica legat. ultra Japones, & magis ad simias, quam homines accedere docet. Arriot. Ammian. & Philostratus volunt, in terræ cavernis more formicarum degere. Albert. Magnus (referente M. Ant. Delr. ad Senec. Oed. v. 605.) lib. 1. de animalibus. c. 3. ait esse homines sylvestres, & nonnihil humanæ naturæ, quoad primos motus deliberativos, obtinere. Sed c. 21. omnem illis rationis scintillam adimit.

295. *Inter castrorum vestigia sermo retexit*

Sardoam, Lepido præcipitante, fugam.] Sequuntur versus super Lepidis factis malisque historici, quibus lucem jamdudum intulit I. Lipsius in commentar. ad lib. 14. Annal. Corn. Taciti, his verbis: *Primum* mali fati Lepidum intelligit, qui cum Q. Catulo dissensit post obitum Sullæ, & in Sardinia periiit. *Alterum*, qui triumvir. *Tertium*, qui conspiravit in Augustum, hujus filium. *Quartum* de quo Tacitus. Sed cur Poëta ait incestum ejus adulterium cum Agrippina & Livia? ideo, quia maritus Drusillæ Lepidus : & cum Agrippina etiam sanguine junctus. Credo enim hunc Lepidum natum ex Æmilio Paulo & Iulia, nepte Augusti. At Iulia soror Agrippinæ, quæ mater Cæsaris & fororum. Hinc clarum, cur Cæsar successorem illum Imperij destinaverit, & quinquennio maturius, quam per leges magistratum capere voluerit, quod Deo tradidit lib. 59. Erat enim sanguinis gentisque Augustæ, pari cum Caligula gradu. Hæc Lipsius.

328. *Sive loci ingenio, seu domini genio.]* Sidon. Apollin. lib. 1. Epist. 9. *Inter hos quoque, quanquam stupendi, tamen varii mores, & genii potius, quam ingenii similitudo.*

337. *Tangimus Umbronem.]* *Tangere*, pro appellere, probatissimis Latine linguæ authoribus usitatum

140 SITZMANNI ANIMADV.
tum. Virgil. 4. Æneid.

*Felix heu nimium felix, si litora tantum
Nunquam Dardaniæ tetigissent litora puppes.*
Catull. de nupt. Pelei & Thet.

— *utinam nec tempore primo*

*Gnosia Cecropiæ tetigissent litora puppes,
Sidon. Apollin. lib. 1. epist. 10. Comperi naves quinque
Brundisio profectas cum speciebus tritici ac mellis
ostia Tiberina tetigisse.*

*Umbronem.] Plin. lib. 3. c. 5. Umbro navigationum
capax, & ab eo tractus Umbria.*

351. *Occurrit chalybum memorabilis Ilva metallis.]*
Plin. nat. hist. lib. 30. c. 13. *Ferri metalla ubique
propemodum reperuntur, quippe insula Italia Ilva gi-
gnente, minimaque difficultate cognoscuntur ipso colore
terra manifesto. Idem ejusdem meminit lib. 3. c. 6.*
Hæc est illa insula, prope quam Anno M D L V I
Joh. Andreas Auria cum XII triremibus in Corsi-
cam descendisset, tempestate subitâ abreptus,
unius è triremibus jacturam fecit, in qua amplius
C C homines periëre, & cum inde cum reliquis in
sinum Corsicæ quandam navigasset, Portum vete-
rem, uti sperabat, subiturus, fœda tempestate
rursus jactatus concurrentibus inter se triremibus &
ad scopulos illis, maximum hic hominum & re-
rum damnum accepit, vixque ipse cum prætoria
periculum evasit, amisso ingenti captivorum, ma-
chinarum, instrumentorum bellicorum & militum
numero. Jac. August. Thuan. lib. 17. hist.

352. *Quæ nihil uberius Norica gleba tulit.]* Quin-
tilianus Architrenius in Cleopoli, citatus à Savarone
ad Sidon. Apoll. Carm. 5. v. 49.

*Troja viris, Epiros equis, animalibus Argos,
Inda ebore, argento Sardinia, & Attica melle,
Fertilitate Samos, Paros insula marmore, ferro
Norica, principibus Nilotica, Thracia Marte.*

353. *Non Bœtarix largo potior stritura camino.]*
Apud Bituriges magnas fuisse ferrarias præter Ruti-
lium testantur Cæsar lib. 7. & Strabo lib. 4.

357'

IN ITIN. RUTILII. 141
357. *Materies vitiiis aurum letale parandis.]* Ait
aurum esse materiam vitiorum, & in omne nefas du-
cere. Exemplo sit Polymnestoris facinus, immane
quantum atrox, qui oblitus juris humani & hospiti-
tii Polydorum interfecit, teste Virgil. 3. Æneid.
his versibus:

— *Polydorum auri quondam cum pondere magno
Infelix Priamus furtim mandarat alendum
Threicio regi: cum jam diffideret armis
Dardania, cingique urbem obsidione videret.
Ille ut opes fractæ Teucrum, & fortuna recessit,
Res Agamemnonias, vitriciæque arma secutus
Fas omne abruptit: Polydorum obruncat, & auro
Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames!*

Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 101. interprete Ia-
cobo Billio Brunæo: *Qui sexcentis suppliciiis dignus
est, si opes habeat, conspicuus apud illos & potens est: qui
autem virtute floret, si pauper sit, non modo inter infa-
mes censetur, sed etiam insidiis appetitur. In judiciis
autem, quo aurum vergit, illuc etiam sententia propen-
det: ac jus quidem violatur, iniquitas autem dominatur,
atque in omne contumelia genus prorumpit.*

359. *Aurea legitimas expugnant munera tadas.]*
Legitimas tadas, id est, legitimum & licitum con-
jugium, & lege quasi datum sive concessum, sic le-
gitima uxor. Martial. lib. 5. epig. 77.

Uxorem potes hanc dicere legitimam.

*Legitima hæreditas, l. legitimam, 8. ff. de hæredita-
pet. Legitimus tutor, & legitima tutela, l. si quis
sub condicione, 1. t. ff. de testam. tut. Legitimi agna-
ti. 10. uxori, interprete Theophilo in paraphrasi Insti-
tit. de legit. agn. tut.*

Legitimas tadas.] Heliodorus lib. 4. Æthiop. scri-
bit, irrecusabile habere apud mulierem fascino, &
aurum & lapidem.

360. *Virginisæque sinus auxeus imber emit.]* Allu-
dit ad fabulam de Danaë, cujus mythologiam vid.
ap.

42 SITZMANNI ANIMADV.
ap. Natalem Comitem, & M. Anton. Delr. in ad-
vel. ad Octav. Senec. v. 765. Cornel. Severus in
Ætna:

Jupiter in Danaën preciosus fluxerit imber.

Horat. 3. Carm. 16.

*Inclusam Danaën turris abenea
Robustaque fores & vigilum canum
Tristes excubiæ munitant satis*

Nocturnis ab adulteris,

*Si non Acrisium virginis abdita
Custodem pavidum Iupiter & Venus
Risissent. fore enim tutum iter & potens,
Converso in precium Deo.*

Lactantius lib. 1. divin. instit. c. 11. Danaën violatu-
rus Iupiter, aureos nummos largitur in sinum ejus infu-
dit, hæc stupri merces fuit. At poeta, qui quasi de Deo
loquebatur, ne auctoritatem credite majestatis infringere-
rent, sinxerunt ipsum in aureo imbre delapsum, ead-
em figurâ, quâ imbres ferreos dicunt, cum multitu-
dinem telorum sagittarumque describunt. Jul. Firmi-
cus, de profan. rel. Si stupri præmia corruptor
inquirat, si viam inviam optat sollicitationis ad-
discere: in sinum corrupta mulieris aurum videat
Iovis.

361. *Auro victa fides.*] Propert. lib. 3. Eleg. 12.
v. 29.

*Auro pulsa fides auro venalia jura,
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.
Munitas decipit urbes.] Horat. d. Carm. 16.
Aurum per medios ire Satellites
Et perumpere amat saxâ, potentius
Ictu fulmineo.*

Æschylus: Τὰ πάντα χρυσὸν τέμνεται καὶ ἀεθ' ἵεται,
Omnia aurum perfringit & perficit.

Menander: χρυσὸν δ' ἀνοίγει πάντα τὰς ἀΐδ' ἑ πύλας.
Aurum omnia aperit etiam inferni portas.

Apulejus lib. 9. Metamorph. asserit, pecuniæ diffi-
cultates omnes esse pervias, auroque adamantinas
perfringi fores.

362.

IN ITIN. RUTILII. 143

362. *Auri flagitiis ambitus ipse furit.]* At quàm
misera fors illorum flagitatorum! Audi Columel.
præfat. rei rust. *An putem fortunatius à cathenato re-
pulsulum janitore sæpe nocte serâ foribus ingratis accedere:
miserrimoque famulatu per dedecus fascium decus &
imperium profuso tamen patrimonio mercari? Nam nec
gratuitæ servituti, sed donis rependitur honor.* Istorum
causa lata L. Julia ambitus, qua tenebantur qui po-
puli Romani suffragia coëmebant. Quæ lex hodie
cessat, quoniam nulla habentur comitia, omni
belli & pacis jure in Principem collato. Sed adin-
star L. Juliae ex S. C. tenetur is, qui in municipiis
Duumviratum vel sacerdotium, ut puta Alythar-
chiam, corruptis decurionum suffragiis ambit, l.
1. §. quod si. ff. de L. Iul. amb. qui si & in eam rem
multitudinem convocaverit, etiam L. Juliae de vi
publica tenebitur, tradente Paulo lib. 5. sent. tit.
30. ubi Jac. Cujacius.

363. *At contra ferro squallentia rura coluntur.]*
Ferrum plus mortalibus conferre quam aurum, præ-
ter Rutilium statuit Tertullian. de hab. mulier. c. 4.
Ovid. i. Metam.

*Iamque nocens ferrum, ferroque nocentius aurum
Prodiærat, prodi bellum quod pugnat utroque.*

Convenienter etiam ad hanc sententiam Senec.
lib. 1. nat. quæst. Postquam deterior populus ipsas sub-
iit terras effossurus obruenda, ferrum primum in usum
fuit, & tunc homines impune cruerent, si solum eruissent.
Sidon. Apollin. Carm. 5. v. 468.

*Hoc tu non cultu pugnas, sed more priorum
Dite magis ferro, merito cui subiacet aurum.*

366. *Ferro crueldes sustinere feras.]* Tibull. lib.
1. eleg. 10.

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?

Quàm ferus & vere ferreus ille fuit.

Tunc cades hominum generi, tunc præ alia nata.

Tunc brevior dira mortis aperta via est.

*At nihil ille miser meruit. nos ad mala nostra
Vertimus, in sevas quod dedit ille feras.*

369

369. *His mecum pigri solabar radia venis.*] Ita rectè ante Castalionem, restituit Simlerus. In vet. lib. sanabar.

370. *Dum resonat variis vile celestima modis.*] Ut remiges faciliùs sufferrent laborem, à viatore Symphonia adhibebatur, teste Cenforino de die Nat. c. 12. Ovid. lib. 3. Metam.

Et, qui requiemque modumque
Voce dabat remis, animorum hortator Epopeus.
Ascon. Pædianus in divin. Cani remigibus celestima per Symphonicos solebat, & per assam vocem, id est, ore prolatam; & ut in Argo navi, per citharam. D. Hieronymus in Epist. ad Heliod. de vita Eremit. Quoniam à scopulosis locis enavigavit oratio, & inter canas spumen fluctibus cantes, fragilis in altum cymba processit, expandenda vela sunt venis: & quæstionum scopulus transfudatis, lætantium more nautarum, epilogi celestima cantandum est.

371. *Laxatum cohibet vicina Faleria cursum.*] Debetur hæc lectio Jos. Castalioni. In aliis exemplaribus lassatum; quod contrarium verbo, cohibere, ponè in versu sequenti.

371 Faleria.] Hieronymus Surita, Cæsar Augustanus (quem omnis antiquitatis benè peritum fuisse testatur Petr. Victorius lib. 22. variar. lect. c. 23.) ad illa verba itinerarii Anton. August. Ab Scabris Falesiam portus MP. XVIII. in Regio, Ab Scabris Falesia, & in Blandiniano, ab Scabris Falesia. Neapolitanum exemplar Blandinianam lectionem præfert, ut non dubitem in Rutillii Itinerario Falesia non Faleria illo versu legere.

Laxatum cohibet vicina Falesia cursum.

373. *Et tum fortè hilares per compitavustica pagi.*] In not. fagi. Sed, pagi, haud dubiè legendum, quod jam dudum, subodoratus fuit Jos. Castalio.

375. *Illo quippe die tandem renovatus Oxyris.*] Ponitur Tibull. lib. 1. eleg. 7. ad eundem Lactant. lib. 1. divin. instit. c. 21.

379. *Ludere lascivos inter vivaria pisces.*] Vivaria propriè loci, in quibus pisces continentur. Plin. lib. 9. hist. nat. c. 54. Eadem etate prior Licinius Mukena reliquorum piscium vivaria invenit. Macrobi. lib. 2. Saturn. c. 12. Octavius præfectus clasissis sciens Scarrum adeo Italicis litioribus ignotum, ut nec nomen Latinum ejus piscis habeamus, incredibilem scarorum multitudinem vivariis navibus huc adveclam inter Hostiam & Campaniam litus in mare sparsit; miroque ac novo exemplo pisces in mare tanquam in terra fruges aliquas seminavit.

382. *Hospite conductor durior Antiphate.*] Antiphates Lætrigonum rex, qui infamibus escis famem eximere solebat, teste Ovid. lib. 14. Metam. Antiphatis mense apud Sidon. Apoll. Carm. 22. vers. 2.

387. *Reddimus obscæna convicia debita genti.*] Quam teste S. Hieronymo in epist. ad Rom. homil. 2. in pr. omnes oderant atque abominabantur. Ammian. Marcellin. lib. 22. de Juliano: Cùm Palestinam transiret, Egyptum petens, fœtentium Judæorum & tumultuantium sæpe radio percitus, dolenter dicitur exclamasse: O Marcomanni, ô Quada, ô Sarmata, tandem alios inquietiores inveni.

388. *Quæ genitale caput propudiosa metit.*] Cornel. Tacitus lib. 5. histor. Circumcidere genitalia instituerè, ut diversitate noscantur. Circumsectos Judæos dixit Sueton. in Domitiano, cap. 12. quos circumcisos vulgò appellamus. Vid. LL. Visigothorum lib. 12. t. 2. c. Ne Judæi carnis faciant circumcisiones.

388 Propudiosa.] Impudens. Tertullian. de pallio, c. 4. Tacendum autem, ne quid & illi de Cæsaribus quibusdam vestris obmiserint, eque propudiosis. Uxor infamis, propudiosa, criminosa. Agell. lib. 2. c. 7.

389. *Radix stultitia, cui frigida sabbata cordi.*] Cur frigida sabbata vocet, rationem suppeditavit I. 2. C. de Judæis & Cælic quia in festivitatibus aut Sabbatis suis Judæi corporalia munera non obeunt.

G neque

neque quicquam faciunt : neque propter publicam privatamve causam in jus vocantur, aut ipsi Christianos in jus vocant. Augustin. lib. 6. de civit. Dei cap. 11. de Seneca : *Hic inter alias civilis Theologiae superstitiones reprehendit etiam sacramenta Iudaeorum, & maxime sabbata, inutiliter eos facere asserens, quod per illos septem interpositos dies, septimam ferè partem aetatis suae perdant vacando, & multa in tempore non urgentia agendo ledantur. Porro sabbatum, hoc est, septimum diem Iudaei religiose colebant. Unde Sabbataris vocantur à Martiale lib. 4. epigr. 4. & Sabbata ipsa recitata à Persio, quod à curtis Iudaeis fervarentur. Hinc promanavit error illorum, qui existimabant Iudaeos diem illum solemnem ac laetum jejuniis contristare. Neque enim aut in sacris literis, aut in Iudaeorum commentariis ullum hujus rei extare vestigium jam dudum monuit eruditiss. Isaac. Casaubonus ad lib. 2. Sueton. Romani atque alii, qui notant crebra ab iis usurpata jejunia, cum praecipua castimoniam sabbatum ab iis celebrari viderent, ignari morum insolentium, istud sibi temerè persuadebant, eosque tanquam omnibus sabbatis jejunantes irridebant. De quo jejuniis Iudaicis praeter Casaubonum Lavin. Torrentius ad. l. lib. 2. c. 76. Ioh. Brodæus Miscell. lib. 6. c. 29. Desider. Herald. in animadver. ad Martial. d. lib. 4. ep. 4.*

391. *Septima quaque dies turpi damnata veterno.]* Is est dies Saturni, ut infantibus Christianis notum est, neque fugit Dionem Cassium, qui lib. 37. hist. Rom. ita scribit : *ἡμέραν τὴν τῶν Κρόνου καλεούμενην ἀτθραστὴν καὶ ἀλλοτὴν ἐν αὐτῇ ἰδαιώματα οἱ ποιεῖσιν καὶ ἔργα ἰδαιῶν σπυδαῖς καὶ σελήνῳ τῶν.* hoc est, Diem, quae Saturni vocatur, religioni habent, & in ea cum alia maxime illi propria peragunt, tum opus sexuum nullum attingunt.

392. *Tanquam lassati mollis imago Dei.]* Tertulian. adversus Iudaeos c. 4. Dicunt Iudaei, quod à primordio sanctificaverit Deus diem septimum-

requiescendo ab omnibus operibus suis, quae fecit.

393. *Cetera mendacis deliramenta Carastae.]* Carasta pro illo, qui catastræ imponitur. Ita apud Lucilium homo improbus, & in carcerem detrusus, carcer vocatur :

— carcer vix carcere dignus.

Sed & Jurisconfulti nostri *custodiam* pro ipso in carcerem coniecto usurpant, ut patet ex l. custodias. 12. ff. de public. jud.

395. *Atque utinam nunquam Iudaea subacta fuisset.]* Petr. Chrysolog. serm. 42. *Iudaeam ultor Christi sanguinis Romanus delevit exercitus.* Dio Cassius lib. 37. *ἔχει δὲ ἑστῆσαν καὶ ὄνομα Ἰουδαίας, ἣτις τὸ γένος Ἰουδαῖα, καὶ αὐτοὶ, Ἰουδαῖοι ἀνομιόστονται.* hoc est, Habent autem aliud praeerea ascitium nomen, regio enim ipsa, Iudaea; gens, Iudaei appellantur.

396. *Pompeji bellis.]* Pompejus de seipso apud Lucan. lib. 2.

Cappadoces mea signa timent, & dedita sacris Incerti Iudaea Dei, mollesque Sophena.

Corn. Tacitus lib. 5. hist. *Romanorum primus Corn. Pompejus domuit : templumque jure victoria ingressus est.* Quomodo autem domuerit, prolixè refert Dio Cassius d. lib. 37. ubi inter alia asserit, Hierosolymorum oppugnationem haud parvo labore ei stetit. Urbem quidem ipsam, à fautoribus Hyrcani receptus, facile obtinuit : templum autem, quod alterius partis homines praecipuè pavent, haud absque labore cepit. Sicut erat loco edito, suis mœnibus munitum : nec si ex aequo omnibus diebus defendissent, expugnatum esset : verum, quod Saturni, quos vocant diebus, propugnationem intermitterent, Romanis eo libero spatio, occasionem muri subruendi dederunt. Quippe ubi hunc hostium morem animadverterunt, nihil serid egerunt reliquis diebus : cum verò circumactâ septimanâ, Saturni dies rediisset, denuò aggressi, summam templum oppugnarunt. Atque ita tandem Iudaei, nihil quicquam propugnantes, in potestatem

rem hostium venerunt. L. Annaeus Florus lib. 3. c. 5. de Pompejo verba faciens: *Hierosolymam defendere tentare Iudæi: verum hanc quoque & intravit, & vidit illud grande impia gentis arcanum patens sub aureo rti celo.* Ammian. Marcell. lib. 14. *Has quoque regiones pari sorte Pompejus Iudæis domitis, & Hierosolymis captis in provinciarum speciem rectori delata jurisdictione formavit.* Alia de expugnata à Pompejo Hierosolyma, & qui penetraverit quidem *eis tæ æzia*, sed à donariis & thesauro, non sine illustri moderationis exemplo, manus continuerit, accuratè ex Iosepho, Eutropio, Hieronymo, S. Rufo, Hegesippo, Cicerone congestit magnus ille Iosephus Scaliger in Animadvers. ad Euseb. Chron. lib. pr. quem adire operæ erit precium.

396. Imperioque Titi.] Sidon. Apollin. carm. 2. v. 471:

— Iudæa tenetur

*Sub ditone tua tanquam tu miseris illuc
Insignem virtute Titum.*

Cornel. Tacit. lib. 5. hist. in pr. *Ejusdem anni principio, Cesar Titus perdomanda Iudææ delectus à patre, & privatis utriusque rebus militià clarus, majore tum vi famaque agebat, certantibus provinciarum & exercituum studiis, atque ipse, ut superior sui jam crederetur, decorum se promptumque in armis ostendebat, comitate & alloquiis officia provocans: ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus, incorrupto ducti honore.* Adde Paul. Oros. lib. 7. advers. pag. c. 9. Euseb. Chron. lib. 1. in Vespasiano, Hieron. in Epist. ad Dardanum.

397. Latius excisa pestis contagia serpunt.] Petr. Pithæus lib. 2. advers. Iubse civ. c. 3. & I. Lipsius in not. ad fragm. Senecæ, non tantum hoc ad Iudæos, sed ad Christianos quoque pertinere arbitrantur quorum religio tum temporis latius radices egerat, & quibus, ut Iudæis, Rutilius non minus fuerit infensus. Equidem me vitis illis eximius libenter

mino:

minorem gero, neque temerè ab iis dissentio. Si tamen dissentire liceat, verba Rutilli de *solis Iudæis* accipienda dixerim, de Christianis non item. Quid enim in verbis præcedentibus, quod redoleat convicia Christianis à paganica superstitione ingesta? Sanè nihil, nisi quod iidem more Iudæorum, septimo die ab operis requiescant. At Claudius Imperator iussit, ut omnes Iudæi Roma excederent, neque est dubium Christianos quoque si qui tum erant, ut fuisse certum est, simul cum Iudæis urbe pulsos; cum hos omnes Romani veteres eodem ordine diu habuerint. Quid hoc ad Rutilius? Mentionem ille facit bellorum à Pompejo & Tito adversus Iudæos sumptorum, non verò expulsionis Claudianæ. Quis verò miretur Iudæos à Tito perdomitos, & tantum non excisos, latius serpsisse, cum inde ab ejus, patrisque Vespasiani temporibus interdictum fuerit, ne in regione Iudæica, imo ne in confinio quidem regionis quisquam illorum demoraretur? Qua de re consulendus Tertull. adv. Iudæos, c. 13. in pr. Euseb. lib. 3. hist. Eccles. c. 12.

397. Excisa.] 101. Satisber. Policrat. lib. 2. c. 7. de Iudæis: *Attriti sumi plagis, bellis strati & patrii sedibus divine indignationis excisi turbine, ut in urbe gloriosissima nec lapis super lapidem remaneret: fuitque populi indurati, & quovis lapide durioris tribulatio tanta, quanta non fuit ex quo gentes esse ceperunt, usque ad diem hanc.*

398. Victoresque suos natio victa premit.] De Iudæis ita locutum Senecam refert, B. Augustin. lib. 6. de civit. Dei, c. 11. *Usque ad sceleratissima gentis consuetudo convaluit, ut per omnes jam terras recepta sit. Victi victoribus leges dederunt.*

405. Sed speculam validæ rupis sortita vetustas.] Speculum legebatur, sed mendum sustulit Castalio. Virgil. eclog. 8. v. 59.

*Præcepit ærii speculâ de montis in undas
Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.*

G 3

Idem

Idem lib. 3. Aneid.

*Dat signum specula Misenus ab alia.**Arc cavo.*

414. *Cernimus exemplis oppida posse mori.*] Civitates mori, nasci, vivere, reviviscere, agrotare, matresque habere ita ut homines dicuntur, quod variis exemplis & autoritatibus demonstrat vir ingenii monumentis à fama notissimus Pet. Faber lib. 1. semestr. c. 9.

424. *Poste coronato vota secunda colat.*] Mos erat apud veteres, ut postes aliaque membra domus lauro & cæteris frondibus ornarent, non in lætitia tantum publica, & solemnibus *inopæis*, verum etiam in particularibus privatorum gaudiis & festivitatibus, in nuptiis videlicet, item cum ipsis infans nasceretur, ut plenâ manu explicuit Desid. Herald. in animadvers. ad Martial. lib. 8. epigr. 65. Ex hoc Rutilii loco videre est, idem fuisse factitatum, si cuiquam dignitas fuit delata.

Poste coronato.] Juven. sat. 5.*Ornentur postes, & grandi janua lauro.*

Statius 4. Sylvar.

Et redimire chelyn, posteque ornare juberet.

Valentinianus & Martianus Imp. *Abfit à seculo nostro infandis execrandisque simulacris honorem pristinum reddi, redimi fertis templorum impios postes.* l. nemo. 7. C. de pagan. & sacrif. & templ.

425. *Exornant virides communia gaudia rami.*] Corrippus lib. 3.

*Postquam facta quies, totam plebs lata per urbem**Sacra coronatis ornavit mœnia tectis:**Prætorum spoliatur honos, nemus omne refertum**Frugibus, & glauca frondes rapiuntur olivæ,**Exornant postes, & arundine limina comunt,**Festaque per cunctos tendunt velamina vicos.*

Ad eundem postes & limina coronandi & exornandi morem etiam respexit summus ille superioris sæculi Poëta Jacob. Sannazarius in divino & planè admirabili de partu Virginis opere, lib. 3.

Et g°

*Ergo in sperata gavisi munere sortis**Ocyus ingentem pro cæro stipite laurum,**Avulsamque solo palmam ab radicibus imis**Attollunt humeris: perque intervallo canentes**Cum plausu, choreisque & multisono modulatu**Vestibuli ante aditum statuunt: omnemque coronant**Fronde locum: grandes oleas, cedrosque comantes**Affigunt: longisque advelant limina fertis:**Ei latè Idalium spargunt cum baccare myrthum.*

426. *Provecta est anima portio magna mea.*] Statius lib. 5. Sylv. carm. 1.

*Tunc sic unanimum moriens solatur amantem**Pars anima victura mea, cui linquere possim**Ovium, quos dura mihi rapit Atropos annos.*

D. Ambros. epistola 63. *quasi anima portionem convenio mea.* Sidon. Apollin. carm. 22.

— anima nostra portio major eras.

Portio pectoris, Symmach. lib. 3. epist. 66. *Alia de hac blandientium amicorum formula vid. ap. eruditiss. If. Casaubon. ad illud Perffii. sat. 5.*

*— Quantaque nostra**Pars tua sit, Cornute anima.*

ex quo mutuatus est Fr. Iuretusea, quæ notavit ad Symmachum lib. 3. epist. 81.

430. *Cum primum roso fulsit Eous equo.*] Eous pro Lucifero. Cinna in Smyrna:

*Te matutinus stentem conspexit Eous,**Et stentem paulo vidit post Hesperus idem.*

Senec. in Herc. Oet. v. 614.

*Noctem quoties summovet Eos**Regem toties credite nati.*

431. *Incipit obscuros ostendere Corsica montes.*] Corsica insula in Ligustico mari, quam Græci *Cyrron* appellaverunt, de cuius longitudine, latitudine, & circuitu Plin. lib. 3. nat. hist. c. 6.

433. *Sic dubitanda solet gracili vanescere cornu, Defessisse oculis Luna reperta latet.*] *Dubitanda,* hoc est, non clarè conspicienda, de qua oculi dubitare possint. Juvenal. sat. 5.

G 4

Tot

Tota salutarix jam turba peregerat orbem
Sideribus dubiis, aut illo tempore, quò se
Frigida circumagunt pigri Serraca Bootæ.
Claudian, in Panegy. de IV. Consulatu Hono-
rii, v. 183.

— Præfagus obibat.
Visa etiam mediopopulis mirantibus andax
Stella die, dubianda nihil, nec crine retuso
Languida, sed quantus numeratur nocte Bootes.
Ad quem locum vid. cl. & doctissi. C. Barthium,
ubi astruit his nostri authoris versibus in hoc genere
nihil festivius excogitari posse.

439. Processu pelagi jam se Capraria tollit.] Cap-
ream insulam omnes Græci & Latini scriptores
nominant. *καπαρῖαν* ab Hecateo vocatam Stepha-
nus prodit, quod idem erit atque Capraria. Ptole-
mæο *καπαρῖα* in mari Ligustico, & in Tyrreno
καπαρῖα. Hieron. Surita in Itin. Anton. Aug.

441. Ipsi se monachos Grajo cognomine dicunt,
Quod soli nullo vivere teste volunt.] Verè & elegan-
ter exponit nomen *Monachi*, quod nempe signifi-
cet hominem qui solus vivat, & vitæ solitarix ge-
nus eligat Isidorus lib. 6. orig. c. 13. *Monachus* Gra-
câ etymologiâ vocatus, eò quod sit singularis. *μόνος*
enim Græcè singularitas dicitur. D. Hieron. epist.
ad Rusticum monachum: *Quid desideramus ur-
bium frequentiam, qui de singularitate censemur.* Idem
ad Paulinum de instit. monachi: *Sin autem cupis
esse quod diceris, monachus, id est, solus: quid facis
in urbibus: qua utique non sunt solorum habitacula,
sed multorum. Habitarunt ergo Monachi à principio
non in urbibus, sed in locis desertis procul à reli-
quis hominibus femoti erant. Progressu verò tem-
poris in urbes commigrarunt, & testatur D. Am-
brof. epist. 62. ad Vercellensem Ecclesiam, Euse-
bium ejus loci episcopum, qui circa annum Christi
CCCLX floruit, primum in occidente monaste-
ria in civitatibus condidisse, ut Basiliius circa annum
Christi CCCLXX in oriente. De origine, insti-
tutis*

tutis & differentiis *Monachorum* multa congestit
Joach. Hopperus de vera jurisprudentia, lib. 5.
tit. 9.

449. Sic nimia bilis morbum assignavit Homerus
Bellerophonais sollicitudinibus.] *Iliad.* lib. 6. his ver-
sibus:

Αλλ' ὅτε δὴ κενεῖτο ἀπὸ χεῖρο παῖσι θεῶσσι,
ἦτοι ὁ κεραιπιδῶν τὸ Ἀχαιοῦ ὄϊος ἀλάτο,
ὄν θυμὸν κερταῖαν, πῶτος ἀνδραγατῶν ἀείων.
Sed cum jam & ille exosus esset omnibus Diu,
Hic certè per campum Aleium solus errabat,
Suum animum consumens, consortium hominum fu-
gens.

449. *Nimiables.*] id est, multæ sive magnæ.
Gloss. *Nimu, ὄζαν, πᾶν, κομῆ, σφέδα.* Plaut.
in *Amphitr.* act. 1.

*Legiones educunt suas, nimis pulchris armis prædi-
tas.*

Jul. Capitolinus in Maxim. & Balb. *Nimiam sancti-
tate ac verecundiâ, pro maxima.*

450. *Bellerophonais sollicitudinibus.*] Duobus verbis
pentametrum claudit, cujus exemplum in omni
Romana antiquitate non reperiri monuit cl. Barthius
ad Claudian. Paneg. IV. Consulatu Honorii v. 560.
ubi Rutilium nostrum elegantem ultimæ Romæ
poëtam indigetat.

460. *Conspicuas ramis & fruticante coma.*] Tertul.
de judic. dom.

*Tempore nuda suis foliis quoque fruticat arbor,
Pomorumque iter um curvantur germine rami.*
Fruticare de arboribus propriè dicitur. Trans-
ferunt tamen authores etiam ad alia. Juvenal.
sat. 9.

Sed fruticante pilo neglecta & squalida crura.
Joh. Sarisberienfis Policrat. lib. 1. c. 4. de Esau:
Fruticantibus pilis horrebat manus.

474. *Prædecessoris major amore fuit.*] *Prædecesso-
rem sequioris ævi scriptores eum nuncupaverunt,
qui in officio præcessit, quos reprehendit Joh. Co-
rnelius*

254 SITZMANNI ANIMADV.
rarius ad l. observare. 4. §. antequam. ff. de off. Pro-
conf. Etenim *Decessor* veteribus is dicitur, l. præses,
42. ff. de minorib. quandoque *anteceptor*, l. quam-
vis. 9. ff. de reb. cor. qui sub tut. à verbo *decedere*,
quo in hoc significato utitur Cic. pro Q. Ligario &
1. Verr. item lib. 7. ad Attic. Corippus lib. 3.

Sic decessorem regnantum nullus amavit.
Quamquam sceptrum patris natus successor haberet.
Victor Tununentis in chron. Sacramento à decessore
suo Trasamundo obstructus, ne catholicis in regno suo aut
Ecclesias aperiret, aut privilegia restitueret, priusquam
regnaret.

485. Haud aliter quam cum glacie riget horridus
Ister.] Jornandes de reb. Get. Danubius in Aleman-
nicis arvis exoriens LX habet à fonte suo flumina usque
ad Ostia in Pontum vergentia, per mille ducentorum pas-
susum millia hinc inde suscipiens flumina in modum spina,
qua costas ut oratam intexunt. Omnino amplissimus est,
qui in lingua Bessorum Hister vocatur, ducentis tantum
pedibus in altum aquam in alveo habet profundam. Hic
etenim amnis inter cætera flumina immanis, omnes su-
perat, præter Nilum.

486. Grandiaque astricto flumine plaustra vehit.]
Ovid. lib. 3. trist. Eleg. 10.

Caruleos ventis latices durantibus Ister
Congelat, & tellis in mare serpit aquis.
Quaque rates ierant, pedibus nunc iur, & undas
Frigore concretas ungula pulsat equi.
Perque novos pontes subier labentibus undis
Ducunt Darymatici barbara plaustra bowes,

492. Tempestas dulcem fecit amara moram.] Ele-
gantiam similem habes apud Sedulium lib. 5.
Et dulcem veniam fetus genuistis amari. Sidon.
Apollin. lib. 1. epit. 2. Pingues ut varum pagina nu-
tant, salciumque glaucarum fota semper dulcibus aquis
amaritudo.

496. Et colere externos capta Tolosa lares.] Tolosam,
antiquissimam clarissimamque urbem, quæ non
solum Archiepiscopatus, verum etiam amplissimo
totius

totius Languedocci Parlamento, supremæque Cu-
riæ præbet domicilium, præter Aulonium suis co-
loribus egregiè delineat Jul. Cæs. Scaliger in urbi-
bus.

498. *Pectore non alio prosperiora tulit.*] Ita jamdiu
ante Castalionem legendum censuit Iosias Simle-
rus. In vet. pectora. Innuit autem Victorinum tam
rebus secundis quam adversis animosum & fortem
apparuisse.

499. *Conscius Oceanus virtutum conscia Thule, Et
quicumque ferax arva Britannus arat.*] Guilielmus
Cambdenus in Britannia: Interim (inquit) Hono-
rius, civitates Britannia, auxilium postulantes literis
hortatus est, ut sibi caverent & consulerent. His tempo-
ribus Chrysanthus Episcopi Mariani filius, & Victori-
nus Britanniam administrarunt: & in huius Victorini
laudem apud Rutilium Claudium extant versiculi.

519. *Noster enim nuper juvenis majoribus amplis,
Nec censu inferior conjugioque minor.*] Sidon. Apol-
lin. carm. 11. v. 91.

*Quare age jungantur, nam census, forma, genusque
conveniunt.*

556. *Et Cinnatus jugera pauca dabant.*] Colu-
mella in præfat. Verum cum plurimum monumentis
scriptorum adnotat, apud antiquos nostros fuisse glo-
ria curam rusticationis, ex qua Q. Cinnatus obsessi
Consulis & exercitus liberator ab aratro vocatus ad Di-
claturam venerit: ac rursus fascibus depositis, quos
festinantius victor reddiderat, quam sumperat impera-
tor, ad eosdem juvenes & quatuor jugerum avitum hæ-
rediolum redierit:

558. *Vomere Serrani Fabricique foco.*] Claudianus
de IV. Consulatu Honorii, v. 413. & seqq.

*Pauper erat Curius, Reges cum vinceret armis,
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret anrum,
Sordida Serranus flexit Dictator aratra:
Lustrata lictore casa, fascisque salignis
Postibus affixi: collecta consule messes,
Et sulcata diu trabecato rura colono.*

562. *Ex commilitio carus & ipse mihi.] Commilitium, nihil hic aliud, quam sodalitium. Apulejus 3. Floridor. Nudus tertius libello misso, per quem postulabat locum celebrem statua mea, cum primis commemoravit inter nos jura amicitia a commilitio studiorum. Sidon. Apollin. lib. 3. epist. 6. Si veteris commilitii, si deinceps invocata per dies gratia bene impraesentiarum fides vestra reminiscitur, profecto intelligitis, ut vos ad dignitatem, sic nos ad desideriorum culmina ascendere.*

564. *Armigerasque pii principis excubias.] Gloss. vet. ἄρμαγιστῆς protector, armiger, nomen dignitatis. Gloss. vet. ἄρμαγερχος, insignarius, armiger. Corippus lib. 3.*

*Armiger in terra, domini vestigia lustrans
Eminet excelsus super omnia vertice Narses
Agmina, & Augustam cultu praefulgurat aulam
Comptus Casarie, formaque insignis & ore.*
Sidonius Apollin. lib. 1. epist. 2. *Circumsistit sellam
comes armiger.*

578. *Fluxerunt madidis gaudia maestageni.] Guntherus, poeta Germanus lib. 8. Ligur.*

*Quis referat stertus lacrimosaeque gaudia tanta
Plebis, & internâ traictos pietate dolores,*
Ad quem locum vid. quae notavit Doctor & compater noster p. m. Conradus Rittershusius.

580. *Fascibus & senis credita jura dedit.] Fascium nomine dignitas magistratus & honos significatur. Proconsules non amplius quam sex fascibus utuntur, ait Ulpian. 1. proconsules. 14. ff. de offic. proconf. Quamvis enim plenissimam jurisdictionem proconf. consul habeat, ac omnium partes, qui Romae, vel quasi magistratus, vel extra ordinem jus dicunt ad ipsum pertineat, adeoque vicem consulum & omnium magistratum urbanorum gerat, l. si a., liam. 7. §. fin. ff. d. t. non tamen plures, quam sex fasces habere debet, ut meminerit justum Consullem se non esse.*

583. *Nam neque opum curam, quamvis sit magna
sacra-*

sacrarum.] Comes sacrarum largitionum erat is, cui gubernandi committebantur thesauri majestatis imperatoriae, l. 3. C. ubi senat. vel clariss. civil. vel crimin. quos largitiones dicimus & remunerationes plausibili vocabulo. Munerariam dignitatem vocat Aurel. Cassiodor. variar. lib. 7. in formula Comitum sacrarum largitionum, quod munere potissimum & liberalitatibus exercendis thesauri imperiales destinati sint, quamvis & in alias plerasque res infumantur. Hunc Comitem (quem Symmachus lib. 10. ep. 33. nominat Clarissimum & Illustrem) antiquitus dictum fuisse praefectum avario, vel etiam dispensatorem tradit Jac. Cujac. ad parat. C. de off. com. sacrar. largit. praefecti autem nomen mutatum esse in nomen Comitum, quod & omnibus magistratibus datum, quia sacrum comitatum observarent, vel qui ex eo prodirent. Non tantum autem donis praedebat Imperatoriis, sed & alia erant sub ipsius dispositione: Vestem enim sacram ei olim fuisse commissam Cassiod. scribit in d. form. Curas quoque litorum adventiciae lucri provisione committebat. Negotiatores humanae vitae necessarii, ejus potestati subijciebantur. Planè quicquid in vestibus, quicquid in aere, quicquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana habebat pretiosum ejus ordinationibus obsecundabat, ejusque ad judicium confluebant de extremis mundi partibus advenientes. Salis item commercium inter vestes sericas & pretiosissimam margaritam ipsi deputavit vetustas. Desideras alicujus carminis super hac re dulcedinem? Audi Statium Sylvar. lib. 3. carm. 3.

*— jam creditur uni
Sanctarum digestus opum, partaeque per omnes
Divitia populos, magnisque impendia mundi.
Quicquid ab auri serui eiecit Iberia fossis
Dalmatico quod monte nitet; quod messibus Afrum
Verritur; aetiferi quicquid terit arca Nili;
Quodque legit meris pelagi scrutator Eoi.*

Et Lacedaemonii pecuaria culta Galeſi,
 Perſiſcaque nivei, Maſſylique robora, & Indi
 Dentis honos, uni parenti commiſſa miniſtro.
 Quæ Boreas, quaque Eurys atrox, quæ nubibus Auſter
 Invehit, hibernos citius numeraveris imbres,
 Sylvarumque comas. vigilis te, animique ſagacis
 Exitus evoluit, quantum Romana ſub omni
 Pila die, quantumque tribus, quid templas, quid alti
 Undarum curſus, quid propugnacula poſcant
 Aquoris; aut longè ſeries porrecta viarum.
 Quod domuum celiſ niteat laquearibus aurum,
 Quæ divum in vultus igni formanda liqueſcat
 Maſſa, quid Auſonia ſcripium creper igne monet a.

604. Nec Turnus potior.] Turnus hic libertini gene-
 neris ad honores ambitione proceſſus fuit, potens
 in aula Veſpaſianorum Titi & Domitiani, teſte In-
 terp. veteri Juvenalis ad Sat. I. Martialis lib. II.
 epig. 11.

Contulit ad Satyras ingentia peſtora Turnus.

606. Dumque malos carpit, præcipit eſſe bonos.]
 Ita legiſlatoribus, quod fieri non volunt, tantum
 prohibuiſſe ſufficit: cætera quaſi expreſſa ex legis
 voluntate colliguntur, l. non dubium. §. C. de LL.
 & conſt.

606. Præcipit eſſe bonos.] Paulinus, vel quicumque eſt
 auctor epiſtolæ apud D. Hieron. ad Celantiam ma-
 tronam: Duo ſunt genera mandatorum, in quibus
 clauditur tota juſticia: prohibendi unum, jubendi al-
 terum. Ut enim mala prohibentur: ita præcipiuntur
 bona.

608. Circumſiſtentes reppulit Harpyiæ.] Petrus
 Angelius Bargaus lib. 2. carm. hanc fabulam de
 Harpyiis ad improbos & iniquos judices retulit:
 quod jam olim etiam his verſibus fecit noſter Ruti-
 lius. Novam hujus fabulæ mythologiam habes
 apud M. Ant. Delr. in adverſ. ad Hercul. Fur. Se-
 necæ.

609. Quarum decerpitur unguibus orbis.] Cùm
 hunc Rutilii verſum legerem, memoriâ recenſe-
 bam,

bam, quòd ſcribit Iſidorus Peleuſiota, epiſt. 233. lib.
 2. Pecuniarum videlicet amorem ſimilem eſſe fœ-
 minæ cuidam, belluinâ formâ prædita, ignemque
 ſpiranti, ac ſexcentas viperas crinium loco in capite
 habenti, perpetuo ſibilantes, ac mortiferum venum
 abundantes, ſexcentas item manus unguibus
 abundantes, quarum operâ & adjumento alios lace-
 ret, alios ſagittis impetat, ab aliis pecunias extor-
 queat, ac denique ſexcenta ora. Cujus deſcriptionis,
 rationes addit eximias, quas ſi libet, ex uberrimo
 illo Grajæ faciundæ fonte haurire licebit.

624. Atque olidum doctas noſſe cubile canes.] L.
 Livius Andronicus apud Terentianum:

Dirige odoris equos ad certa cubilia canes.
 Feſtus: Sagaces canes, qui ferarum cubilia præſentiunt.
 Claudian. lib. 3. de laud. Stil. v. 297.

— varia formis, & gente ſequuntur
 Ingenioque canes, illa graviſſimis apta
 Morſibus: hæ pedibus celeres, hæ nare ſagaces,
 Hirſutaque fremunt Creſſo, tenuſque Lacane.
 632. Continuos piceâ nube negare dies.] Dies, pro
 ſolc. Senec. in Herc. Fur. v. 373.

— prius
 Extinguet ortus, referet occaſus diem.
 & in Herc. Oet.

— ab occaſu dies
 Naſcetur.
 Lucret. de Solis radiis:

— lucidat tela diei.
 Corippus lib. 2. in laudem Juſtin. Aug. Minoris:
 Haud ſecus ac nubes, cum ſe reſcindere denſam
 Cæperit, & cælum monſtraverit æthra ſerenum,
 Ardentes radios mittit jubar, omnia viſo
 Congaudent elementa diæ.

633. Iam matutinis Hyades occaſibus ude.] Cicero
 2. de nat. Deor. Tauri capus ſtellis conſperſum eſt fre-
 quentibus. Has Græci ſtellas Hyadas vocitari ſuerunt,
 à pluvendo: Ite enim eſt pluvæ.

638. Aſtiferamque canem roſcida præda fugit.]
 Seneca

166 SITZMANNI ANIMADV.
Seneca lib. 2. de benefic. c. 34. *Ingens copia est rerum sine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, sed aliunde commodatis. Pedem & nostrum dicimus, & lecti, & veli, & carminis. Canem, & venaticum, & marinum, & sidus. Quia non sufficimus, ut singulis singula assignemus: quoties opus est, mutuatimur.*

Ult. *Sive corusca suis sidera pascit aquis.* Veteres ea erant opinione imbuti, humore siderum splendorem accendi, ex qua etiam Senec. in Hippol. v. 746.

*Qualis est primas referens tenebras
Nuntius nostris, modo lotus undis
Hesperus, pulsus iterum tenebris
Lucifer idem.*

Vid. Cic. lib. 2. de nat. Deor.

IN LIB. II.

7. *Intervalla via fessis praestare videtur, Qui notat inscriptus millia crebra lapis.* Refert Plutarch. C. Grachum Tit. F. lege lata de coloniis deducendis ac viis muniendis, in tribunatu maxime navum & industrium in viarum directionibus constituendis se praestitisse; & dimensis viarum spaciis singulis miliaribus columnas lapideas, spaciolorum signa praeferentes, erexisse; aliosque praeterea lapides passim inter se dispositos ex utraque viarum margine collocasse, ut illis conscensis facilis in equos desilirent. Vid. Hieron. Suritam in praefat. emendat. in Anton. Aug. Itin. item Panciroll. thesaur. var. lect. lib. 1. c. 43.

19. *Inveniet querna similem procedere frondi.* Et hunc & seqq. Rutillii vers. mirè illustrat. multijugæ lectio-

IN ITIN. RUTILII. 167
lectionis vir P. Merula in Cosmograph.

28. *Qua fert atque referi Phæbus uterque diem.* Ovid. lib. 3. Fast. ubi Augustum cum Romulo comparat:

Hoc duce Romanum est Solis utrumque latus.

Tu breve nescio quid victor telluri habebas;

Quodcumque est alto sub jove Caesar habet.

Petron. Arbitr:

Orbem jam totum victor Romanus habebat;

Qua mare, qua tellus qua sidus currit utrumque.

Ubi nomine sideris Sol intelligitur. Claudian. de bello Gildon. v. 47.

domui terras hominesque revinxit

Legibus: ad salem victrix utrumque cucurrit.

49. *Ipsa satellitibus pellitis Roma patebat.* Satellites pellis Poëtae nostro sunt Gothi stipatores, & protectores corporis regii. Ita dicti, quod pellibus induerentur. Gothi enim, priscorum more Scytharum, à quibus ducebant originem, pellibus amiciebantur. Prudent. lib. 2. contra Symmach.

Tentavit Geicus nuper delere tyrannus

Italiam, patrio veniens juratus ab Istro,

Has arces aquare solo tecta aurea flammis

Solvere mastrucis proceres vestire togatos.

55. *At Stilico aeterni fatalia pignora regni.* Secreta pignora, apud Florum lib. 1. c. 2. *Ille Ancilia, atque Palladium, secreta quadam imperii pignora, Janumque geminum, fidem pacis ac belli: imprimis focum Vestæ virginibus colendum dedit, ut ad similitudinem caelestium siderum cultus imperii flamma vigilaret.* Senec. 1. controv. 3. de incesta de saxo: *Veniet ad colendum Romani imperii pignus, etiamsi non stupro: at certa carnis facis manu incesta?* Ovid. 6. Metam.

Pignora virginis fatalia tollite palmis.

55. *Stilico.* Hic natione Vandalus, utriusq; militiæ magister sub Honorio. Culpatur à Rutilio, laudatur à Claudiano, atque aliis, in primis Guil. Paradino de antiquo statu Burgundiar, c. 2.

162 SITZMANNI ANIMADV. &c.

62. *Carmine proposito jam repetamus iter.]* fortè,
propositum. Propert.

Nos modò propositum vitæ teramus iter.

67. *Qua luce coloris Provocet intactas luxuriosa ni-
ves.]* Lux metalli, Claudian. de laudib. Stilicon.
lib. 3. v. 33.

*Qua luce metalli
Æmula vicinis fastigia conserit a stris*



CASPARIS BARTHII

ANIMADVERSIONES

In

CL. RUTILII

ITINERARIUM

Quibus

Inserta sunt omiſſa ex Adverſario-
rum libris excerpta.

CAS-



AMPLISSIMO VIRO

JANO RUTGERSIO,

Sermi. & Potentmi. Sueciæ Regis

LEGATO ET CONSILIARIO.



Utilium Numatianum aliquot die-
rum opera à nobis recensitum & A-
nimadversionibus illustratum, tibi,
RUTGERSI, inscriptum volu-
mus. Si quis est hodie & talium stu-
diorum Arbitrè egregius & hujus Au-
ctoris amans, eum te esse nobis constat; quare mu-
nus hoc tibi gratum futurum putavimus, & non
male nos scriptori ipsi consueturos tibi eum traden-
do cum nostris Notis, qui ipsemet in eo esse per-
hibearis. de cætero tui nos perquam amantes fuisse
hoc donario teste sciat Posteritas, quam tu quoque
optimi ingenii monumentis & devinxisti tibi ha-
ctenus & porro quoque devincturum in fidem
tuam recepisti, in quo negotio & nos nunc tot
equidem sumus. a. d. x i v. Octobris Anni c 1 5. 1 3
e x x i i.

AMIC

AMICE LECTOR.



ITRA ambages te alloquor, quisquis
es litterarum humanitatis studiosus.
Cessavimus hæctenus à publicando quip-
piam ultra ea scripta quæ adolescentibus
nobis exciderunt, consilio partim, partim
temporum diritate. Nunc obiectos clares
perrumpere animus est. Ecce Rutilium Numatianum
cum novo Commentario, quem ideo primum damus
quia viros præclaros alibi in eo occupatos scimus, qui-
bus hac nostra opera adesse velut evocati volumus. Se-
quens deinceps, uti quidem Typographorum comitas
erit; Claudianus ad XV amplius scriptos Libros re-
censius, cum Animadversionibus decuplo auctoribus,
Animadversiones in Galli Confessoris Initia Christiana,
Phœbadius contra Arianos cum Animadversionibus,
Soliloquiorum Commentarii X. Adversariorum immen-
sum opus ad libros LX in omne genus Auctorum, quale
nemo hæctenus tentavit, & multi sanè etiam longævi
non effecerint. Origines Hispanica, Pornodidascalus La-
tinus ex Hispanico-Italico Petri Aretini; Zodiacus
Vitæ Humana, cum iis quæ Editione priorè Claudiani
promissa sunt, omnibus. Opus universam veram Theo-
logiam complexum. De Fide Salvifica, lib. 2. de Con-
stantia lib. 2. Claudiani Mamerti de statu Anima lib.
3. cum Animadversionibus, item nostris ejusdem Ar-
gumenti libris totidem. Eucherii & Paciani Paranetici
cum Notis nostris. Hericus de vita Germani cum notis
nostris. Epigrammatum lib. 30. demum iis quæ
vel obscuriora vel inobscure addidit Tarræus He-
bius. Amphitheatrum Græcarum, Anacreonte Mo-
dimperante 15. libris omnium Suavitates Latina Veneris
complexum. De Sapientia libri 10. prorsus Novi. Sua-
viludiorum lib. 10. Opusculorum Variorum Tomus al-
ter, Aneas Gazæus de Resurrectione Mortuorum
cum nova versione & Notis, Aulicus Alcaicus, Com-
mentarius Characterum. De Dubiis scriptoribus, lib. 10.
Cum aliis, quos vel hic nominare super sedeo, ne tan-
tilla ætas nostra vanitatis suspensionem incurrat. Unum
verò

verò instar Omnium Augustinum de Civitate Dei tam bona frugis Commentariis illustravimus, ut absolutum id opus omnibus nos Curis mortalibus defunctos nobis persuadere possit; cui ad umbilicum ducendo ut vita copiam det Omnipotens, mecum Lector cordate, orare, puto, et re tua erit. Interim certa fide tibi spondeo nihil hic nominatum tibi defururum, & nos ne tertiam quidem partem eorum nominasse qua in adolescentia à nobis citra omnem curam conscripta, expectant Editionem, & solertem Typographum nati fuerimus.



CASP.

CASP. BARTHII
Ad
RUTILIUM NUMATIUM
Animadversiones.



[Tri Consularis praefectoris Urbis.] is mos seculi titulos honorum semel gestorum sequi viros magnos in omnem vitam. Memorat autem hic scriptor & patrem suum honoribus admotum, libro I. sub finem.

*Ipsum me gradibus non degenerasse paternis,
Gaudens, & duplici sedulitate fovens.*

Hæc eadem, cum Flaminia regionibus iram.

Splendoris patrii sepe reperia fides.

Gallum sese ipse testatur non longè à principio.

At mea dilectis fortuna refellitur oris,

Indigenamque suum Gallica rura vocant.

Consulatum suum innuere videtur cum ait Eodem Libro :

Namque meus, quem Roma meo subjunxit honoris.

Per quem jura mea continuata tegæ.

Sed vide quæ ad versum CXXVII notamus.

Et Clarius antè. Si non displicui regerem cum jura Quirini,

Si colui sanctos consulique patres.

Praefectum pratorio indicant hæc carmina.

Officiis regerem cum regiæ tecta magister,

Armigerasque pii Principis excubias.

Praefectum Urbi hæc perspicuè.

Hic praefecturam sacra cognoscimus Urbis

Delatam meritis, dulcis amice, tuis.

Festa dies, pridemque meos dignata penateis,

Poste coronato Vota secunda colas.

Ubi

Ubi *vota secunda* amici Honos est, quem post se æstimabat maximè Rutilius. Scripti autem hi libelli Anno ab U. C. M C LXIX, quem Christ. Bowerus ad Venantium, & alii docti faciunt annum Christi CCCCXVII. Quod tempus ex ipso auctore notum.

Itinerarii.] ita prima hujus libri Editio Petro Summontio Joannis Joviani Pontani quondam Clarissimi viri familiari debita. Ego tamen de hac inscriptione dubito, & fortassis aptius legas. De Reditu Suo. Nam initio ea verba eò videntur ducere. Velocem potius reditum mirabere Lector.

Venerium Rufum.] Volusianum, quod nomen metri legibus stringere non potuit, vide viri doctissimi & acerrimo judicio Jacobi Sirmondi Notas ad Sidonium libr. IX, epist. XVI. Hunc eundem dum Romæ abest Rutilius Urbi præfectum fecit Imperator, ut de versibus modo productis clarum.



AD



AD LIBRUM I.



Elocem potius.] Vera scriptura in præfatis Editionibus est.

Velocem potius reditum mirabere,

Lector,

Tam cito Romulei posse carere bonis?

Deesse initio Distichon ut minimum unum videtur; Non enim satis coherent hæc, & *vò Potius* nihil cui respondeat habet. Potius miraberis velocem meum reditum; optimo jure miraberis me tam cito in Galliam redire meam, & Romuleis bonis carere posse, quam longo tempore me Romæ commoratum, quantumvis pluribus ibi annis fuerim. Materia horum librorum fuit Reditus post gestos honores in patriam Rutilii, minimè vero scopus fuit Itinerarium ipsi scribere, quod aliter longè instituisset. Itaque librorum non auctoris est vulgatus titulus.

3. *Romam venerantibus.*] Non habitantibus, adulatorie. Erat tum inter numina Urbis Antiqua, & effigies ejus apud Noticiam Imperii spectatur, sicque à Claudiano & Sidonio describitur.

5. *Beatos Nasci felici qui meruere solo.*] Vide Aristidis divinum Panegyricum in Romam. Rectè autem vir doctissimus & de omni posteritate optimè meritis Petrus Pithæus transposita quadam in hoc opere odoratus est; & fortassis ipsum principium,

H

ab-

abruptum & obscurum; quo vitio minimè, ut & omnes melioris notæ scriptores, hic Poëta tenetur. Tamen de defectu verior conjectura videtur.

8. *Ingenitum cumulant Urbis honore decus.*] Ingenitum à tali patria decus, ipsi cumulant honore adscititio, cum patriæ tali dignos se viros exhibent Honorum fastigia scandendo.

9. *Semina virtutum.*] Roma διδασκαλῶν ἀρετῆς, quo numine summam omnium ejus laudum complexum Constantium Imperatorem Panegyrico ad eum primo scribit Julianus Cæsar. πῶν μὴ οὐν ἀλλων τοὺς ἐπαίρους δια τὴν ἀφίσειν μοι δοκῶ, τῆς ῥώμης δὲ τὸ κεφάλαιον πῶν ἐπαίων, ὡς τὸς, ἡ βασιλεῦ, συλλαβὸν ἐν βραχεῖ, καὶ διδασκαλῶν ἀρετῆς ποροσειπῶν, τῶν δούνα τὸ κλέμισον πῶν ἐκωμίαν, τοὺς παρὰ τῶν ἀλλων λόγους ἀφαιρήσει. Ejus alia Encomia nullibi non obvia.

9. *Demissa & tradita cælo.*] Communis omnium scriptorum de reb. præclarissimis sententia, cælo eas venire. Vide principem bonarum litterarum Ang. Politianum Miscell. cap. xviii. Muretum Variis, Bernard. Realem Annotat. cap. iv. Heraldum ad Tertulliani Apologeticum cap. x. Wowerium & Elmenhorstium, amicos nostros, ad Minutium Felicem. Quod genus benemerentium de Antiquitate scriptorum nos libenter laudamus.

9. *Semina virtutum demissa & tradita cælo*
Germanicus Cæsar, Arator.

*Ærea sed postquam proles terræ data, nec jam
Semina virtutum vitii demersa resistunt.*

Barth. Adv. l. xxii. c. 17.

9. *Demissa cælo.*] Proximi divinitati viri magni in Republica gerenda, aut alioqui virtutum singularium. Claudianus.

— Dis proximus ille est
Quem Ratio non Ira movet —

Quo

Quo pertinent loca aliorum scriptorum ad istum in Secunda recensione à nobis laudata. III. Stilicon.

Proxime Dis Consul, tanta qui propiciis Urbis.

Sic Deorum similem se habitum scribit Apollonius Tyanus Epistola 52. τὴν θεομορφίαν, ἡμῶν τῶν ἀλλων ἀνθεσίων ἰσθῶν ἠγορευμένων, πῶν τε καὶ θεῶν μόνῃ μέλει νῦν ἡ πατρις ἀγνοῦσθαι. Socrates cum diis maxime similem dicebat qui minimo egeret, apud Laërtium lib. II. Homerus Heroas suos pari ratione commendat, brevibus epithetis summam omnium laudum complexus, Salomon Sapientia. c. VII. *Institius Sapientia est thesauri hominibus, quo qui usi sunt participes facti sunt Dei.* Martialis Lemo- vicensis, (vel potius sub nomine ejus sequiorum temporum scriptor, ut docemus Adversariorum libro XLV. cap. vii.) c. xii. ad Tolosanos. *Hæc autem verba communia erunt si proximi Deo fueritis, si amatores ejus, si imitatores.* Ennodius Panegyrico Theodorici. *Inter Deo proximos agnovisse qui præstitit reddidisse est beneficium.* Malchus Vita Pythagoræ: μέγιστα δ' ἀλλοτρίων τῶν θεῶν μόνον δύνασθαι τῶν ἀνθεσίων ποιῆν τῶν θεῶν παροπλισίους. Gregorius Thaumaturgus Panegyrico Origenis. καὶ ἀλόγους μὲν καὶ ἀπαίδευστον κακῶν εὐτακτοῦς τε καὶ εὐσεβεῖς καὶ θεοειδῆς ἡμεῖς ἡμᾶς ὄντας καὶ μακαρίους καταστήσασθαι. Ibidem. Ἐὶ δὲ τῆς τῶν θεῶν ἰσθῶν εἶναι τὸ σφόνδρα τῶν ἀνθεσίων. Gregorius Nyssenus in Vita Thaumaturgi, μὴ χροῦσθαι σμενόμενος ἡσθεῖς τὸν θεὸν ἀρχαία. Sic cælo dignum esse, est mortalium sortem virtutibus excedere, Deo propinquum esse. Chrysostomus de Virginitate. ὅτι οὐτὼ τοῦ θεοῦ τὰ πῶν κόσμῳ ἀσέβηματα ἐπιτομῆν, καὶ τὸ παρὰ τὴν βίον θανούσαν ἡσθεῖς καὶ μὴ πῶν τοσαύτης παραδεισίου ἀσέβητος ἀξίον μίσην εἶναι ὅ τῶν ἐναντῶν ἀξίον εἶναι καὶ τῆς ἀρχαίας πολιτείας ἐξ ἧς πῶς τὸν ἡσθεῖς συμπελοῖς εἰς τὸ ἐναρτέσθαι αὐτῶν. Et ultra tangere idem valet. Aristoteles Epistola IV. εἰ δὲ δ-

επιτες των βασιλειων, καὶ τῆς παρερχαίης των ἀσραυ
 φάστοιτες εὐεργετήσιν, οὐδὲ παρὸς τῆς αὐτῆς πελαγίου-
 μιοι κχερῶς.

12. *Lacias obtinuerit domos.*] Inco'as Italiae dicit,
 qua provincia à successu rerum credita etiam num-
 men habere paganis, alioquin nobilissima omnium.
 Lege Solinum. cap. VIII. &c.

13. *Religiosa patet peregrina curia laudi.*] Etiam
 peregrini apud Romanos possunt honores magnos
 adipisci, si qui merentur. In suum commodum hoc
 loquitur homo Gallus, Consul, Praefectus Prato-
 rio & omnia. Vide nonnihil apud Berterium Pithan-
 lib. II. cap. V.

18. *Connubium summi credimus esse Dei.*] Lege
 summis Diis. Aequat Senatum Romanum Diis im-
 mortalibus Poeta bona fide Paganus. Sic Nemesia-
 nus Concilium Deorum dixit Senatum Romanum.
 Notandum autem connubium dici conjunctionem
 arctissimam, concilium aut collegium velat indisso-
 lubile. Sic *conjugium perpetuum* dicit Appuleius, ubi
 alter cum altero sepelitur. lib. VIII.

24. *Privatam repetunt publica damna fidem.*] Eru-
 ditissime & πολιτικῶ τῆτος dictum. Cum laborat
 Respublica, spectatur maximè & requiritur Fides
 privata, postponenda illi.

26. *Labor.*] In succurrendo afflictae patria. Quan-
 tum vir bonus Patriae debeat vide apud Ciceronem
 Somnio Scipionis.

26. *Prodest admonitus &c.*] Labor per se ipsum
 numquam prodest quidem. Simile vero locutionis
 genus illi est apud Ovidium Epist. Penelopes.

Sed mihi quid prodest vestris disiecta lacertis Ilios
 Sane natura rei perditæ non fert ut prodesse possit,
 quippe quæ jam non sit. Nec ineluciter composuit
 isti Ovidiano locum Lucani Jos. Castalio. à Jul. Casl.
 Scaligero exagitatum lib. IX.

Quid prodest mihi seri Basiliscus cuspide Myrrhi
Transactus. Barth. Advers. xxv. 15.

28. *Opis.*] Videtur itaque cum milite Gallias rediisse
 Rutilius. Aut certe plena potestate corrigendæ pro-
 vincia; Quod genus avo posteriore *Correctores* vo-
 cabant, Officium ipsum *Correcturam*. Prius est in
 inscriptione Epistolâ xxv. libri primi apud Isido-
 rum Pelusiotam. Eutropius lib. IX. *Qui quidem Te-
 tricus & Corrector Lucania postmodo fuit, ac privatus
 diutissime vixit.* Apud Rufinum Josepho libro XI IX.
 c. IV. ApX. *Senatus ex decreto Germanicum mittit
 cuncta Syria negotia correcturum.* Correctura ipsum
 officium. Aufonius Par. XXIV.

*Nam Correctura tibi Tarraco libera Tribunal
 Præbuit, affectans esse clienta tibi.*

Victor in Aureliano. Ipse in triumphum ductus Lu-
 cania *correcturam*, filioque veniam atque honorem Se-
 natorum cooptavit.

30. *Casus.*] Hinc videtur in Hispanismum &
 Italismum hodiernos venisse quascunque domos
 casarum appellatione cenferè. Cum nimirum Ro-
 manarum & Romano more constructarum ædium
 vastities à Barbaris tumultuariis primum casis ex-
 pleta. Vide quæ in Originum Hispanicarum Com-
 mentario notamus.

33. *Laxatis caræ complexibus urbis.*] Vetus Editio
 habet, laxatus. Quod si Rutilii esse credere malis,
 exempla non desunt ubi singulari numero suam nar-
 rationem plurali in eadem persona clauserunt opti-
 mi quique scriptores. Catullus.

Restituis cupido atque insperanti ipsa referste.

Nobis, ò lucem candidiore nota.

Cum mihi dicendum juxta Canonas Grammati-
 corum fuisset, Afranius Auctione. — Si hac,
 absente nobis, veniat puer. Pomponius Syris. — qui-
 dam apud forum Præsente restibus mihi vendidit.

Auctor Scholasticæ declamationis, vice M. Tul-
 lii, in Sallustium. *Quod si hoc fuit illis initium nomi-
 nis, cur non aequè de nobis aestimetur, cujus & res ge-
 sta illustres, & vita integerimè acta?* Appulejus

Metamorph. 1. *Abnueram, quippe qui jam assatim
sana prospexeramus.* Claudianus lib. 11. *Stilicon.*

*Ve populus, quem ductor amas, quibus Africa
per te*

Nec prius auditas Rhodanus jam donat aristas.

Salvianus Epistola IV. *Ne queso tantum nobis ira-
scimini, ut nec vobis consulatis supplicante vobis. Ful-
gentius ad Chalcidum: absolutum retribui, non
faleratis sermonum studentes spumis.* Vespa, Poëta Ve-
tus, in Lite Pistoris & Coci.

Crustula nos Jano, sponse mustacea mitto.

Victor Utricensis lib. 1. de Persec. Vandalica. *Mi-
raculum hoc & voce omnium celebratur, & nobis, ad
quem custodia pertinebat, cum sacramento testata est ita
fuisse.* Petrus Pictavensis Epist. *omnium liberalium
disciplinarum scientiam vos adsecutum videmus.* Lupus
Epistol. cxxvii. *Sicut mandare dignati estis, vos pro-
curaturum non dubito.* Petrus Mauritius libro 1. *Epis-
tola 1. Inter cetera bona sua qua & ipse ignoratis, a-
cute erga vos servens amore.* Engelhardus prologo Vi-
tæ Mechtildis. *Nam, ut scitis, vix hora una vobis
assedi, qua capitula, vobis recitante, collegi.* Pariter
etiam Hericus Monachus Altiissiodorensis de laudi-
bus Germani ut in Adversariorum Commentariis ex
MSto emaculavimus.

39. *Postquam Tuscius ager.] Mendosa hæc verba
esse suspensionem nobis movent quæ sequuntur ver-
sum DLXXXV hujus libri; hic enim se adisse Tu-
scos negat, illic affirmat. Et quomodo juvem,
fortasse non difficile indicatu, si conjectare libe-
ret.*

40. *Ense vel igne.] rō vel eam vim habet quam
solet alias, & quidem Latinius & melius, ET. E-
xemplis apud posteriorum temporum scriptores
non infrequentibus.* Gallus Confessor, in Sermo-
ne qui unicus ad nos pervenit, à nobis nuper Com-
mentariolo illustratus, & jam Typographo tradi-
tus. *Cum autem expensæ quas de Agypto secum tulerant,
Hebrais descicerent, dedit eis Deus panem vel*

carnes

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 175
carnes de celo. Notkerus in Hymno Stephani.

Primus ex septem niveis columnis

A Petro electus, Stephanus, beato,

Voce vel signis medicans misellis,

Claret in orbe.

Minuta hæc minus observata aut cognita in hoc
genere auctorum omnia difficilia & obscura faciunt.
Sic Venantius Fortunatus lib. 1. de Vita B.
Martini.

*Nam Patris ac Geniti equalem, vel Spiritus almi
—facetur honorem.*

Victor Utricensis lib. 1. de Persecut. Vandal. *jam
libros consecerat, exceptis innumerabilibus Epistolis vel
expositione totius Psalterii & Evangeliorum.* Paulus
Warnefridus Hystor. Longobard. lib. 2. cap. 3. *In
arte Grammatica sive Rhetorica, sive etiam Musica
clarissimus exitit. Arator ad Florianum. Naturaque
modo, quam rerum condidit auctor Concordens studiis
celsa vel ima sui.* Sic & Evantius Abbas in Epistola
de esu Sanguinis. *Nec abest tamen idem usus à Lati-
nioribus.* Censorinus cap. 4. de Die Natali. *Ut in
Colebide vel in Bæoria dentibus armati partus.* Utrobi-
que enim tales fingunt fabulæ Poëtarum.

41. *Silvas domibus.] Mansionibus aut stationi-
bus, sive Mutationibus, ubi vectura mutabatur,
constabant viæ Romanæ ut clare videmus in Æthici
Antonini Itinerario, & alio veteri à Burdigala Hie-
rosolymas, quod edidit Petrus Pithæus sacrosanctæ
litteratis memoriæ scriptor. Erant tamen in viis &
Explorationes, & Castella, & Munimenta, uti re-
bus necessariis alibi à nobis demonstratum est. Ru-
tilius queritur violentis Barbarorum vastationibus
dirutas domibus in locis quondam cultis tum silvas
fentesque succrevisse.*

41. *Non silvas domibus, non flumina ponte coercet.]
quæ cum scriberet Rutilius in animo habuit hoc
Virgillii pontem indignatus Araxes. Quasi indignantia
dicas. Silius l. III.*

Idem indignantem transmittere Dardana signa

H 4

Sar-

Sarmaticis victor compefcit cadibus Istrum.

Ita Statius quoque & ejus imitator Claudianus Silvas vero domibus, cultu & habitatione loca senta & tesqua significat. *Barth. Advers. xxv. 15.*

42. *Incerto credere vela mari.]* Elegantissime. Credit enim se spesque suas pelago, qui navigat; credit verò etiam incerto. Et sic sapius loquuntur ad stultitiam mortalium navigantium subnotandam doctissimi Poëta. Juvenalis.

Inunc & ventis animam committe, dolato

Confusus ligno, digitis à morte receptus

Quatuor aut septem, se su latissima rada.

Quod eruditissimus auctor ex Scytharum Sapientis Anacharsidis dicto transtulit. *μὲν δὲ τὴν ἄρᾳς σακτοῦς ἐνὶ τὸ πῶρος τῶ νεῶς, τοῦτο, ἔρη, τὸ δὲ ἀνατὰς τὸς πλῖοντας ἀπέχρη.* Seneca. *Animam levibus credidit auris.* Pedito Albinovanus Navigatione Germanici. *Seque feris credunt, per inertia fata, marinis.* Qui inertia fata tarda & morantia cum sarcasmo quodam dixit, velut non auferentia de medio vita eos qui mortem ultro quærerent. Columella in Praefatione. *Ut rupio fœdere Natura, terrestre animal homo, ventorum & maris objectus ira se audeat fluctibus credere.* Eruditè idem extulit Avienus, Poëta magni, interdum etiam nimii, spiritus. Periegæsi.

— exsul ab oris

Omnibus externis veheret per inhospita Gazas

Aguora, & insano penderet sæpe profundo.

Quasi dicat à nutu & voluntate fluctuum. Gildasius in Querulo. *Age igitur, conscende maria, te tuosque pariter undis & fluctibus credito.* Faultus Rejenfis lib. 1. contra Pelagium. *Proviso gubernatore navim fluctibus credunt.* Quintus Cicero, nobilissimo in foeminas Epigrammate.

Credo ratem ventis, animum ne crede puellis,

Namque est fœminæ iustior unda fide.

Metellus in Quirinalibus: *Commisssa ligno spes hominum tremis.* Claudianus *Tranquillis primum trepidus*

pidus se credidit undis. Symposius, interpres Apollonii Tyrii: *Horanoctis tercia navim adscendit, tradiditque se pelago.* Sic contra fidem in aquore agnoscunt scriptores, ut & perfidiàm. Carulis in Responsis. *τὴ ἀπειροῦ? διπλασε. &c.*

43. *Relinquendis insignimus oscula portis.]* Ammianus lib. 25. *Cum laceraret crines marrona exsul fuganda laribus in quibus nata erat & educata, orbatague mater liberis vel conjuge viduata, procul ab eorum manibus pelleretur, & turba stibilibus postes penatium amplexa vel limina lacrymabat.* De osculationibus multa collegerunt Lipsius, Briffonius, Marcellus Donatus, & alii. Locum Ammiani, licet alterius rei, video etiam laudasse virum Clarissimum & præcellentem doctrinâ, Theod. Sitzmannum, amicum meum.

46. *In quantum.]* Barbari sunt qui Barbaria hoc genus loquendi damnant. Vide animadversiones ad Claudianum. Quæ de Laudibus Urbis Domina modo subjunguntur, ea illustrare nobis animi non est, non enim Commentaria scribimus, & sunt hoc genus plurima observata à nobis in Altera recensione nostri Poëta, Theodoro Sitzmanno, ad hunc locum, Justo Lipsio libris de Magnitudine Romana, Julio Casare Bulengero de Imperatore libro 1. Philippo Berterio Pithanon primo, Lindebrogio ad Ammianum.

46. *In quantum.]* De hac formula vide sis Barthium Adversarior. l. xxiv. cap. 3.

47. *Inter sider eos Roma recepta polos.]* Numen enim & eternitatem habere dicebatur. Xiphilinus in Severo. *καὶ μὲν τὸ πῶρ τῶν ῥωμαίων καὶ βασιλῆα καὶ ἀθάνατον ὀνομασαντες, μέχρι πότε πικρὰ πάρον μιν, ἐκράσαν.* Commune Veneris & Romæ Templum idem scriptor memorat in Adriano *αὐτὸς μὲν γὰρ τὸ τῶ ἀδελφῶν διττῶν, τῶ τῶ ῥωμαίων τὰ δὲ τὸ διάγραμμα αὐτῶν πῆμας δι' ἐπιπέδου καὶ ἀνοῦ ἐκείνῳ μέγα ἔργον γίγνεται. ἔρη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῶ κατασκευασμα.* Quæ verba ita transtulit Gulielmus Xylapder, ut

minimè intellexisse omnes videant. Potest & ad magnificentiam adificiorum & fanorum intelligi, quibus aliud velut cœlum omnibus Diis habitabatur Roma. Manilius.

—maxima bellis

Italia, in summam quam rerum maxima Roma
Imposuit terris, cœloque adjungitur ipsa.

49. Genitrix hominum.] Communis humano generi mater. Claudianus lib. 3. de Laudibus Stiliconis.

Hac est in gremium victos qua sola recepit
Humanumque genus communi nomine fovit,
Matris, non Domina ritu, civisque vocavit
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.

Vide Berterium initio Pithanon, Isaacum Casaubonum ad librum primum Polybii, pag. 46.

49. Genitrixque Deorum.] Ad Casarum & Procerum Romanorum gloriam hoc dicit. Cœlum enim adire post mortem communis tum adulantium Poetarum erat sententia. Manilius.

—Venerisque ab origine proles

Julia descendit cœlo, cœlumque replevit,
Quod regit Augustus socio per signa Tonante,
Cernit & in cœtu Divum, magnumque Quirinum,

Alius aetherei qua candet circulus orbis,
Illa Deum sedes, hac illis proxima. Divum
Qui virtute sua smiles, vestigia tangunt.

Quæ verba perpendere vellem eruditissimum virum Casperium Gevartium, amicium meum, cui persuadere ætatem Manilii Augustam non poteram. Pariter autem quæ de Tiberio, nec ullo modo alio quopiam, existant in libro Quarto ejusdem.

—felix terraque marique

Es Rhodos, hospitium recturi principis orbem,
Tuque domus verè Solis, cui tota sacrata es,
Quam caperes lumen magni sub Casare mundi.

Tiberius jam Imperio destinatus erat; jam annis affectus Augustus, cum superius posito loco jam

jam cum Astris proficiat Manilius, Tiberius per adulationem Republicæ summam adscribens; Et optimè *Διούτατος* Scaliger, qui quartum annum ante excessum Augusti huic Astronomico assignat, recentissimâ enim Clade Variânâ Manilius scribebat. Genitrix vero Deorum, quia non accepit solum Roma, sed dedit etiam Deos, Claudianus Bello Gildonico.

Mærent indigetos, & si quos Roma recepit

Aut dedit ipsa Deos—

Papinius Equo Maximo, de Julio Casare.

—hinc obvìa limina pandit

Qui festus bellis, aethera munere prolis,
Primus inter nostris ostendit in aethera Divis.

Valerius Maximus lib. 1. Deos enim reliquos accepimus, Casares dedimus.

50. Non procul à cælo per tua templa sumus.] Claudianus de eadem Urbe, supra laudato, 3. Stil. libro.

Cujus nec spatium visus, nec corda decorem,
Ne claudem vox ulla capit; quæ luce metalli
Æmula, vicinis fastigia conferit astris.

Sibyllinorum farrago, lib. 7.

Πάλιν κατὰ θεῶν Διὸς κενεδοῦντο μὲν λογῶν

Ἀσπέρφεις ἐς Ὀλύμπου

De altitudine Templorum Aristides in divino Pænegyrico: καὶ μὲν δὴ ἐδ' ὀπισθοῦς γὰ κένουται, ἀλλ' ἀτεχνῶς πολὺ ὑπερὶ τὸ παρὰ δεινύει. Ἐν πλείστον Διὸς κενετὸ τὸ ἀγρὸς ἀσπέρφει μὲν χένου κατὰ φεί τὸ ὕψος τὸ σκευεῖστος, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπὸ τῆς μεσότητος.

53. Scelerata oblivia.] Quidquid ferum, absolum, horrendum, immane, sceleratum est verè Latinis scriptoribus. Claudianus lib. 1. in Rufinum de Avaritia ejus monstri. Crescebat scelerata stris— Arnobius lib. 2. Nesciens hoc factu ei cui videatur officere, dari ab se lucem; & sceleratam eripi cecitatem. Virgilius Georg. 2. —sceleratum exquirere frigus— Pro versuto, & deceptore Horatius lib. 2. Sat. 3.

—mille adde catenas

Effugiet tamen hac sceleratus vincula Protheus,
Cum rapies injura, malis gaudentem alienis,
Fiet aper, modo avis, modo saxum, & cum vo-
let arbor.

Molesto & incommodo Martialis lib. 3. Epigr.

53.

Deposui soleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas Oxygarumque, Liber.
Quod si non scambriis scelerata Poëmata donas,
Cœnabis solus jam, Ligurine, domi.

53. Obruerint citius scelerata oblivia.] Virgiliana
est imitatio, qui pro molestissimo & impio velut
frigore sceleratum dixit. Ita eruditissimo etiam
Annohius sceleratam cœcitatem libro. 11. adversus
gentes. Barth. Advers. xxv. cap. 15.

55. Nam solis radiis equalia muneratendis. Ut cum-
que hæc lectio valeat defendi. At Rutilius videtur
scripsisse.

— Solis radiis equalia mœnia tendis.

Romam enim amplexam mœnibus terrarum orbem
ait, ut cœlum tangere templis. Barth. Advers. l.
xxi f. c. 17. libro autem xxxi. c. 8. legitur mœnia
quod an studio auctoris an vitio typographico mihi
incertum est.

56. Qua circumfusus fluctuat Oceanus.] Omnem
πῶ οἰκῆμ' ἡμῶν subesse Romano imperio per adula-
tionem dicit. Aristides in Panegyrico etiam ultra
Oceanum infulas Romanis legibus parere scribit.
ἐκρούγει γὰρ ἡμῶς ἄδεν, ὃ πόλις ἐκ ἔθ' ὅσ', ἢ λιμῶν,
ἢ χειρῶν. πλὴν εἰ πᾶν δεῖα ἀχρῆσιαν κατήναισι.
Ἐρῦθεα τὴ θάλασσαν, καὶ Νεῖλον κατὰρράκτου, καὶ
λίμνην μεγάλην. ἀ τοῖς ἀερίτερον εἰ πέρασι γῆς ἡκῶ-
στο, ἴσα καὶ αὐτῆς ἐρῶν τῆ δὲ τῆ πόλει ὄν γε μὴν
ὑπέρουν πῆρας ἢ λοροποιῶν μὴ εἶναι τὸ παρὰ πᾶν,
ἀκαρῶν μὴτε περὶ εἶναι πῶν γῆν, ποιητὰς τὸ εὐφρο-
νίας τῶν ὄντων, ψυχαραγίας ἐκείνη εἰς πόλιν ὄντιναι,
αὐτὸν ἔγω καλῶς ἀνέγνω, ὡς εἰ δὲ ἢ ἐπ' αὐτῶν ἡμῶν
ἡμῶς δὲ ἡμῶν. Homerum vero excogitasse Oceanum,
neque cum in rerum Natura esse multi olim suspi-
cati

cati sunt, & inter eos, ut verba ejus sonant, non
parum culpæ commisit Herodotus. Vide quæ in re-
centito Opere ad Claudianum primo in Rufinum
notamus.

57. Qui continet omnia.] Qui cum infinitis modis
major sit rebus sub cœlo omnibus, eos ambit, &
complectitur. Claudianus.

Sol qui flammiferis mundum complexus habentis
Volvis inexhausto redeuntia secula motu.

Qui versus tamen τὸ complexus aliter nobis confi-
derandum exhibet. Mundi vocabulum non terram
solum, sed & cœlum & superna corpora comple-
ctitur. Cleomedes lib. 1. κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ ἐξ
τῆ καὶ γῆ καὶ τῶν ἐν τῆτα φύσεων. Diodorus Philo-
sophus. κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ ἑαυτοῦ καὶ γῆς καὶ τῶν
μετὰ τὸ φύσεων. Ocellus Lucanus. τὸ γὰρ δὲ κοσμο-
νὸν ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τὸ σύμπαντα κόσμον.
Cœlum autem omnia cætera complectitur. Leon-
tius in Sphæra Aræta. ἑαυτοῦ δὲ ἐστὶν ὁ περιέχων
τὰ πάντα πᾶν ἅπασιν. Ita & Solem. Zachari s
Scholasticus in divino Dialogo de Mundi Opificio,
nuper cum Origenis Philocalia Græcè edito. τὸ δὲ τὸ
ἥλιον φῶς ἐν αἰθέριον, ὡς σῶμα, καὶ γῆν, ὡς
σῶμα, ἐπὶ δὲ αὐτῶν τὸ ὡς γῆν καὶ ἐν αὐτῆν ἡμῶν
ἀεὶ γῆν, ἀεὶ γῆν τῶν ὡς ἑαυτοῦ; Itaque & ap-
ud Rutilium & Claudianum hæc verba alter sunt
capienda. Vel Omnia & Mundus strictus accipienda,
Quod & verius est. Continere autem, non vulgato
significatu, idem sonat quod complecti. Casar. lib.
1. de Bello Gallico. Earum una pars, quam Gallos
obtinere dictum est, initium capit à flumine Rhodano,
convenit Garumna flumine, Oceano, sinibus Belgarum.
Petronius Satirico; nondum juvenes declamatio-
nibus continebantur, cum Sophocles atque Euripides in-
venirent verba quibus deberent loqui. Quintilianus
lib. 3. c. 8. Siquidem in his unum sequi oporteret, prior
fuisset apud me Ciceronis sententia, qui hoc materia ge-
nus maximè dignitate contineri putat. Rhœdrus lib. 2.
Fabularum.

Exemplis continentur Asopi genus.

Cassiodorus libro de Anima. De Deo. *Potestas incomprehensibilis, beatitudo mirabilis, ex qua beantur quacunque beata sunt, vivificantur quacunque vivunt, continentur quacunque subsistunt.* Arnobius lib. 7. *Et quis ita est hominum Deus prorsus quid sit ignorans, ut eos existimet contineri alicujus alimonie genere.* Salvianus lib. 1. *pecudes ipsas & minutissima quaque domesticorum animantium genera non nisi humana ordinatione atque consilio quasi quadam manu atque gubernaculo contineri.* Eucherius Homilia in Feriam. IV. *Adventus. Semper ejus beatitudinem Ecclesia concinit in qua simul omnes generationes continentur.* Hæc nullibi alias observata, pluribus demonstravimus; & qui Poëtas enarrant talia cum primis attendere debere res ipsa clamat.

57. *Voluitur ipse tibi qui continet, &c.]* Continet Rutilio significare videtur contento cursu ambit. Sic interpretabar alibi Germanicum Cæsarem.

Subsequitur rapido contenta amicu la passu.
Velut continuo cursu concitata. Et ita ad oculum Claudianus lib. 11. in Eutropium. De hasta.

— illa per auras

*Tot freta, tot montes uno contenta volatu
Transiit, & Phrygia in mediis adsigitur oris.*
Valerius Flaccus lib. 111.

*Per piceos accendit globos & pectus arundo
Per medium contenta fugit.*
Barth. Advers. l. xxv. c. 105.

57 *Continet omnia.* Similimè locutus est Priscianus primo Dionysii Alexandrini versu. *Natura genitor, que mundum continet omnem.* Is libellus quin auctorem habeat Priscianum ego non dubito, an vero illum clarissimum Grammaticum, ignoro. In hoc enim si in quoquam alio parum cogitaret omnis Criticorum natio versata est, quod ex pluribus ejusdem nominis scriptoribus unum fecerunt, inauditum credo, rati ejusdem Linguae duos cognomines scriptores esse. Hæc ratione Ciceroni, Ovidio, Appulejo,

pulejo, Musæo, Quintiliano, Seneca, Catoni, Claudiano, Fausto, Paulino, Cæsari, Avieno, Antonino, Vigori, Prudentio, Plauto, Donato, Rufino, & pluribus aliis multa affata sunt ætatum insequentium, ab ejusdem nominis aliis eruditum hominibus in litteris missa, uti multis nos demonstramus in Commentario de Dubiis Scriptoribus.

58. *Eque tuis ortus in tua condit equos.]* Ita emendandum, vulgo enim ortus excuditur. Barth. Advers. l. xxiii. c. 2.

61. *Vitalis natura.]* Scribe, vitales axes. Vitales axes vocat zonas habitabiles, quarum omnes gentes Romano Imperio subjectas fuisse scribit. Sic Lucanus lib. 1. Claudianus, alii.

63. *Fecisti patriam diversis gentibus unam.]* Claudianus.

*Hujus pacificis debemus moribus omnes
Quod veluti patriis regionibus utitur hospes.*

Quod cuncti gens una sumus—

Ariftides Panegyrico Romæ. *ὁ σπερμιὰ γὰρ ἐκ σπέρματος, καὶ ἐν ὅλοις ἐπαρκεῖ ἀπαντα πάντα.* Vide multa lectu dignissima notata à Jureto ad Symmachum lib. 5. epistola 94. Causam autem hujus Romanæ Conjunctionis explicat divinis numeris Prudentius, libro Secundo in Symmachum.

*Vis dicam que causatus, Romane, labores
In tantum extulerit, que gloria fortibus aucta
Sic cluat impastis ut mundum frangat habenis?
Discordes linguis populos, & dissona cultu
Regna volens sociare Deo, subjungit unum
Imperio, quicquid tractabile moribus esset
Concordique jugo retinacula mollia ferre
Constituit, quo corda hominum conjuncta teneret.
Religionis Amor: -- Deus undique gentes
Inclinare caput docuit sub legibus iisdem,
Romanosque omnes fieri, quos Rhœnus & Ister
Quos Tagus auristius, quos magnus inundat Ibe-*

rus,
Ius fecit commune pares, & nomine eodem

Nexu

*Nexuit, & domitos fraterna in vincla redegit.
Vivitur omnigenis in partibus haud secus ac si
Cives congenitos concludat mœnibus unis,
Urbs patria, atque omnes lare conciliemur avito.
Texitur alternis ex gentibus una propago.*

Habes ornatissimis his versibus veram causam
Romanae potentiae, quam idem præclarissimus Christi
olor & in hymno Laurentii, ubi vir beatus ita
Christum alloquitur.

*O Christe, numen unicum,
O splendor, ô Virtus patris,
O factor orbis & poli
Atque auctor horum mœnium.
Qui sceptrâ Romæ in vertice
Rerum locasti, sanciens
Mundum Quirinali toga
Servire, & armis cedere, &c.
Ut dissepantum genium
Mores & observantiam
Linguasque & ingenta & sacra
Unis domares Legibus.*

74. *Profuit injustis se dominante capi.*] Sub jura
mores & Leges Romanum imperium Orbem terra-
rum redegit, barbarum alioquin bonam partem &
ex legem, vi præ jure penes plurimas gentes vigen-
te. Quare retinendam ego suadeo hanc lectionem,
quam in præfata editionibus reperio, præ Castalio-
nis-invitis. Quæ turbat nonnihil sensum, & Jureti
Emendatione-invitis quæ ingeniosior est. Casta-
lioni obstat etiam *victis* in sequenti versu sonum vi-
tians, vera haud dubio nostra lectio ex eodem, qui
ait, eam *victis* obtulisse jura sua.

65. *Consortia Juvæ.*] alludit notissimum Anto-
nini rescriptum quo omnes in orbe Romano viven-
tes civitatis Romanae jure frui voluit, unde nemi-
nem exceptum liquet præter barbaros & servos, ut
scribit Apollinaris Sidonius lib. 1. epist. 6. ubi bar-
bari sunt *hostes Romani Imperii.*

66. *Urbs fecisti quod prius orbis erat.*] Sidonius.

si

Si semel & in juvena viderit, domicilium Legum
Gymnasium literarum, Curiam dignitatum, ver-
ticem mundi, Patriam libertatis, in qua unica to-
tius orbis civitate soli barbari & servi peregrinantur,
Vide multa præclara ibi notata à Joanne Savaronio.

66. *Urbs fecisti &c.*] Non dubito veram hanc
esse Rutili scripturam qui magnificentissimè de
Roma loquitur, nec sine exquisitis acuminibus
Barth. Advers. LXXII. c. 17. Urbem autem & or-
bem Romana ambitione jungit, velut horum fa-
tum inseparabile & idem Imperium foret. Ovidius

*Genibus est aliis tellus data limite certo,
Romana spatium est urbis & orbis idem*

Idem lib. LV. c. 2.

66. *Urbs fecisti &c.*] Videret Polemonis So-
phistæ dictum in animo habuisse Romam *omni-
plud*
780. dicitur ad hunc dicentis de quo Galenus libro 1. *ad
dicitur. Barth. Advers. XXV. 15.*

69. *Mitigat armatus victrix clementia vires.*] egre-
giè de suo Heroe Claudianus. *odius idem qui termi-
nus armis*

70. *Nomen utrumque.*] Inceptè: scribendum
Numen. Et Pacis & belli Numina, (*Venus Clemen-
tia, Mars Victoria Bellica titulum gerunt*) moribus
tuis conveniunt, Quæ adversos debellas, quos
debellasti amas, ut Claudianus idem de suo Heroe
scribit. Prudentius versibus supra positis. *-sanciens*

Mundum Quirinali toga

Servire & armis cedere.

Idem libro Secundo in Symmachum.

Sola Deum novis Concordia, sola benignum

Rite colit tranquilla Pacem; placidissimus illum

Fœderis humani consensus prosperat orbi,

Seditione fugat, sævis exasperat armis:

Munere Pacis alit, retinet Pietate quieta. &c.

71. *Certandi bona parcendique voluptas.*] Elegan-
tissimè in Encomiis Heroum suorum hæc exemplo
Leonis illustrat non uno in loco prudentissimus
scriptor Claudius Claudianus, Loca obvia.

72. *Quos simuit.*] Satis incautè dictum, Voluptas quos timuit sibi nocituros. Voluptatem Romæ pro ipsa posuit, ut multi multa, notata à nobis alio loco.

75. *Medicina per artem.*] Soli omnium Doctorum Medici gloriari possunt scientia sua aliquem cœlum meritum. Aufonius.

—genitor studuit medicina

Disciplinarum quæ dedit Una Deum.

76. *Fretus & Alcides nobilitate Deus.*] nobilitas est Fortitudo, Magnanimitas. Vetus Epigramma de Leone.

—sic nobilis ira Leonis

In sibi prostratos se negat esse feram.

Hoc est magnanima. Plura ad Claudianum. Sed quomodo Hercules nobilitate fretus ad Deorum consortium ascendit? Qui univèrum terrarum orbem prius tantis laboribus est emensus? Legere possis, *mobilitate* hoc est celeritate, efficacitate, ut efficax Hercules Horatio Epodon 3. Et sic de eo Seneca in Apocolocyntosi, verbis Deæ Romæ, Febrius. *Tu autem qui plura loca calcasti, quam ullus multo perpetuarius, Lugdunenses scire debes, & multa millia inter Xanthum & Rhodanum interesse.* Sanè nobilitas Alcide. Parum ad ejus vel elevationem vel encomium huc facit. Fortassis etiam melius legas, —*Fretus it Alcides.* —Neque enim *τὸ* Deus optimè facit alioqui ad sententiam.

79. —*te celebrat Romanus ubique recessus.*] omnis angulus. Miro tamen modo apud hoc genus auctores Recessus ritus significant, mores, instituta. Avenius Periegesi de Indis: *Ergo & Niseos discit gens ritè recessus Et stera sollicito deducunt orgia ritu.*

80. *Pacificoque gerit libera colla jugo.*] Libertatem sub Romano Imperio agnoscit etiam ei parentium. Claud.

—numquam libertas gratior existat

Quam sub Rege pio. —

Fallitur eg regio quisquis sub principe credit

Scr-

Servitium —

Aristides planissimè de Romanis. *πολύτῳ μὲν γὰρ ἔχοντες τῶν ἀρχῶν, ἔτι δ' ἐγκρατῆς, καὶ κατὰ πολλὰ ἔχουσαν ἀρχόντες ἐκείνο καὶ πολλὰ μάλιστα νεικήκατε, ὁ πάντεσσι ὑμῶν ἐστὶν ἴδιον, μὲν γὰρ τῶν πῶ ποτε ἐλευθέρων ἀρχεῖ.* Vide & Tacitum Agricolâ. Comparationem Imperiorum cæterorum cum Romano, quæ apud Rutilium sequitur, pete ex eadem oratione Aristidis.

85. *Macedumque tyranni.*] ita optimè editio Pithrana. Cætera *Macedum*, in scitè. Nulli enim *Macedæ*, aut *Macedi*. Sed *Macetes* obvia scriptoribus Græcis & Latinis. Stephanus. *ω. π. λέγεται κατὰ Μανέτιν ἀφ' ἑσπερίων. Ἐ. c. Hesy chius. μακίτια ἢ μακιδόνια.* Eusthatus ad Dionysium v. ccccxxvi. *ἢ ὅτι μοῖρα μακιδόνια, μακίτια λογοεδήν, ὅτι ἦν καὶ ἢ μακιδόνια μακίτια ἐλέγαν.* Grætius Cynegeticus.

Quid Macetum immensos libeat si dicere contos. Claudian. Tangebatur *Macetum* fines, murosque subibat *Theſalonica* tuos. —

(*sunt mania Regis.*)

Priscianus Periegesi. *Ad cuius Zephyrum Macetum* 89: *Iustus bellorum.*] non nimium quidem; si quidem verè Mithridates Rex ad Regem Artacem, apud Sallustium Quarto Historiarum: *Romani arma in omnes habent acerrima in eos quibus victis spolia maxima sunt; audendo & fallendo & bella ex bellis ferendo magni facti, per hunc morem exstinguent omnia aut occident.* Petronius Arbitr.

—*gravidis freta pulsa carinis*

*Jam peragrabantur; si quis sinus abditus ultra
Si qua foret tellus que sulcum mitteret aurum
Hostis erat, fatisque in tristia bella paratis
Quærebantur opes.*

Et Jugurtha apud Sallustium. *Bocchi* animum oratione accendit; *Romanos* injustos, profundâ avaritiâ, communes omnium hostes esse. Eandem illos belli causam cum *Boccho* habere, quam secum, & aliis gentibus, libidinem imperitandi, queis omnia regna adver-

sa

sa sint. Tum esse paulò ante Carthaginenses, item Regem Persen, post utriusque opulentissimus videatur ita Romanis hostem fore. Inquit non inerudite neque indiligenter Albericus Gentilis libris duobus quos de Armis Romanis dedit, modo promptius eloqueretur quæ vellet.

91. Quod regnas minus est quam quod regnare mereris. Claudianus, magnam delata potestas Majorem contentia probat. — Eo loco plura dicimus in Recensione altera, Pontius Diaconus in Vita Majoris sui, B. Cypriani. Magis dignus efficitur qui quod meretur excusat. Hieronymus ad Pammachium: minus est tenere Sacerdotium quam mereri. Observant idem cauti principes, non cupientibus honorem, sed recusantibus eos tradere. Plinius Panegyrico, ò Rem memoria litterisque mandandam. Præfatum Bratoris non ex ingrentibus, sed ex subrahentibus legere. Sic de Anthemio suo Sidonius, Panegyrico ejus, longam diademate passâ repulsam.

Insignem legere virum, quem deinde legentem Spernere non possunt.

Eodem spectat Libanius in Panegyrico cum laudat Julianum suum. ὁ μακροβίος ἀσπίδῳ ἢ φάλαγγας ἐδύλο νόμον. ἀρεποδότης τῶν παυτῶν εἰσδοτῶν βήμασιν. ὡς καλὸν ἔστι σε τὸ διαδοῦναι τῶν δόξων, καλλίον δὲ ἐκείνων τὸ κρατεῖν τῶν κλιμάτων. Et pulcrè Cassius Longinus περὶ Ἰουλιαν. cap. 5. εἰδέναι χρὴ, φίλαται. διότι καὶ περὶ καὶ τῶν κακῶν βίω εἶδεν ὁ πάρχῃ μέγα, ἔτι καὶ καταφευγὴν μέγα, οἷον πλεῖστοι, λυγρὰ, δόξαι, τυχερά, καὶ ὅσα δὴ ἄλλα ἐστὶ πολλὰ τὸ εἶδεν παροστραφέντων, καὶ ἀντὶ τῶν φερόμεν ὁδῶν ἀγαθῶν ὑπερβλῆοντα, ἀντὶ αὐτῶν τῶν ἀειφερόμεν ἀγαθῶν ἔμελλον, διαμύζουσι τοῦ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν μέλλον τῶν δυνατῶν ἐχει καὶ διὰ μεγαλοψυχίαν ὑπερβλήσας.

92. Fata. Fortunam Romani Imperii. Petronius versibus supra adscriptis, fatisque in tristia bella paratis. Hoc est præstolantibus velut quo pacto iis uti velint Romani. Peculiarem autem Deum, Fortunam

nam urbis Romæ ex perpetuo rerum successu habebant, quam & Constantinopoli consecravit Constantinus. Zosimus lib. 2. Novæ Historiæ. ἐν τῷ σταίρω τεταγῶν Παῦλος ἰδρύσασθαι τὴν πόλιν. Talia credebant & de cæteris Urbibus. Prudentius Symmachi verbis. lib. 2. in Eum.

— sicut varia, nascentibus, inquit
Contingunt pueris anime, sic urbibus affert
Hora diesque sum, cum primum mania surgunt,
Aut fatum aut Genium, cuius moderamine regnent.

Vide Relationem ipsius Symmachi, & Responsum Amb.

93. Percensere labor densis decora alta trophæis,
Ut si quis stellas pernumerare velit.

Proverbiū speciem habet quod hic canit. Genusque notum factis literis celebrarunt etiam Latini auctores, numerum videlicet stellarum pro re innumerabili. Sedulius lib. 1. Carm. Paschal. ad Deum.

Qui solem radiis ad lunam cornibus implet,
Inque diem ac noctem lumen metiris utrumque,
Qui stellas numeras, quarum tua nomina solus,
Regna, potestates, cursus, loca, tempora, nosti.
Qui postremi versus adumbrati sunt ex Ovidianis. v. Metam. Paria habes apud Catullum, Silium Italicum, Aleimum Avitum, & alios. Barth. Advers. xxv. 15.

94. Ut si quis stellas pernumerare velit. Sæpè sic sacræ litteræ. Ut notamus alibi multis.

95. Confunduntque vagos delubra micantia visus. Claudianus de tali universo spectaculo egregiè:

— juvat intra tecla Tonantis
Cernere Tarpeja pendentes rupe gigantes,
Celatasque fores, mediisque volantia signa
Nubibus, & densam sibi puppe columnis
Araque vestitus numeras puppe columnis
Constita, subnixasque jugis immanibus ades,
Naturam cumulate manu; spoliisque micantes
Innumeros arcus; acies stupet igne metalli

Et circumfuso trepidans obtunditur auro.

Pariterque Sidonius Anthemiano. *Diripiunt diversa oculos-Hoc vincit quodcumque vides-Capitolium auro testum fuisse testatur Seneca Pater primo, Controv. 6.*

96. *Sic habitare Deos.*] Aufonius

Prima urbes inter, Divum domus, aurea Roma

Nec vana hæc locutio. *Templa enim à Diis suis miseri credebant habitari, quin etiam ipsa simulacra, ut pluribus notavi ad D. Augustini de Civitate Dei librum I. cap. 2. De habitatione Dei cujuspiam similia Martialis, qui non est nunc ad manum.*

98. *Qua vix imbriferas tolleret Iris aquas.*] divinè dictum, etsi nimium *εὐπελοῦς*. Et non paucis talibus, quæ & indicabimus suo loco, meretur Rutilius noster principibus Poëtis, tamen ut postremus aliquis sacri ordinis, accusari. De aquæ ductibus autem, celsis rivi per urbem traductis, & super ipsa camerata ædificia, dubitare non potest qui fragmenta & reliquias eorum in urbe adhuc superstites vel semel aspexerit.

98. *Tolleret Iris.*] pendulum humorem pulcrè vocat Alcimus Ecdicius Avitus, in fine libri Quarti. Præcelsas moles thermanum vocat Statius Balneo Etrusci.

100. *Tale Gigantum.*] Scribendum puto, *Quales* ut elevet Græcorum operum famam. Potius, ait, canamus has moles tangere cælum, quam quales Gigantum montes Græcia celebrat. Mox Romana magnificentia laudatoribus à contentu præ illis Græcarum rerum, tantopere a gentilibus suis laudatarum, pondus addere Latinis. Sic locis amplius mille Panegyrista, sic Aristides luculentissimo Romæ Encomio, sic Claudianus & Sidonius, sic alii infiniti.

101. *Flumina.*] Ob latitudinem rivorum, quæ non exigua fuisse ex ruderibus nunc quoque appareret. Cassiodorus lib. vii. Epist. vi. *Quod enim illuc flu-*

flumina quasi constructis montibus perducuntur naturales credas atveos soliditates saxorum, quando tantus impetus fluminibus tot sæculis firmiter potius sustineri. Ita legenda ea Cassiodori verba facile videas ex his Rutilianis. Sed expendenda tota ea Poëtica eruditionis Epistola, quæ quasi ob oculos ponit aqueductus Romanos. Alia super his scitu necessaria vide apud Vitruvium libro VII. cap. VI. Palladium libro I. x. cap. XI. Frontinum peculiari libro de Aquæductibus. Porro XIV. tales in urbe canales fuisse tam latos altosque ut eques in iis equum agere potuerit scribit Procopius lib. I. de Bello Gothico.

101. *Intercepta.*] partim enim, extra muros videlicet, sub terra ducebantur, partim effosis per montes specubus; Quorum operum rationem describitam in dicto Vitruvii loco, ut & apud Palladium. Vide & Leonem Baptistam Albertum libro X. de Re & Edificatoria cap. V. I.

102. *Celsa lavacra.*] notandum & lavacra in Aquæductibus fuisse. Sed hoc ita intelligendum. Ex rivis per fornices altissimos labentibus fistulæ undique aquam in balneas privatas ducebant, unde domus civium lavacris instruebantur. Lege Vitruvium d. loco. *Balnea privata* crebræ in Urbe, ut ex P. Victore notare licet.

105. *Hinc temperat halitus auras.*] Cassiodorus: *curris aqua Virgo sub delectatione purissima; Quæ ideo sic appellata creditur, quod nullis sordibus polluat. Nam cum alia pluviarum nimietate terrena commixtione violentur, hac aërem perpetuò serenum purissimè labens unda mentitur. Ex eodem scriptore discimus superius exposita celsa lavacra etiam de balneis in fastigiis fornicum capi posse. Ita enim loquitur Cassiodorus: Sed quanto pulcris est Claudiam Romanam per tot montium siccas summitates lavacris ac domibus liquores purissimos fistularum uberibus emisse & ita aequaliter fluere, ut non possit se desiderata subducere. Sed hoc negotium peculiari libro opus habet.*

104. *Totaque mania.*] univ[er]sam urbem Romam dicit.

106. *Innocuamque stim.*] naturalem; quæ dum extinguitur nemini nocet. Epitheton hoc posuit in invidiam eorum qui potibus periculo hominum aliunde petitis delectabantur, qualia plurima de Romanorum Luxu liceat commentari. In naturæ bonis innocentiam quamdam & vivam voluptatem ponebant homines sapientiæ veræ studiosi. Sic *Luxuriam* contra nocituram in cibus dicit Claudianus primo in Rufinum v. ccvi. Et pulchrè Seneca de nocentib. epulis Epist. xxiv. *Ipsæ voluptates in sortimenta veniunt, Epula cruditate afferunt, Ebrietates nervorum torporem tremoremque, Libidines pedum, manuum, articularum omnium depravationes.* Idem Epistola xc. *Postquam cibus cepit non ad tollendam sed ad irritandam famem quari, & inventa sunt mille conditura, quibus aviditas excitatur, quæ desiderantibus fomenta erant onera sunt plenis. Inde pallor & nervorum vino madentium tremor, & miserabilior ex cruditate quam ex fame macies. Inde incertissimi labantium pedes, & semper, qualis in ipsa Ebrietate, titubatio. &c. quæ ibi latius proponuntur.* De iisdem Chrysothomus quoque egregie pulcherrimo libro de Virginitate cap. 69. *ἀλλὰ σπεύδου πολλά πολλὰς ἡδὲ παραίτηται κερθραεῖα, καὶ γαστροὺς διάτασις, καὶ πνέματα ἔμφραξις, καὶ σκοπεύουσαι, καὶ ἰλιθοὶ, καὶ ἀχλὺς, καὶ τὰ ἐκ πύτων ἀπὸ πύλων ἀπὸ τῆς φῆς ταύτης ἀναβλαστῆναι δεῖται, καὶ ἔθε μέγιστον πρὸς ἡμέραν ὑπὸ τῆς ἀρχιμαστῆς ἐκείνης, καὶ περὶ τῆς ἐπιμελῆς ἵστυ μόνον, ἧν ἡ μάστιξ τῶν ὄστων οἱ τοῖς ἐπιμελῆς ἵστυ μόνον, ἧν ἡ μάστιξ τῶν ὄστων οἱ συστάται δὲ τῶν πύτων πρὸς τῶν ἔχουσι τὴν ἀρχιμαστῆς, καὶ γὰρ ποσειδωνίαι, καὶ φθῖν, καὶ ἰόσθη, καὶ παρῆλαι, καὶ πολλὰ ἐπὶ πύτων χαλεπώτερον ὄστων ἀβόνται τὸ σῶμα πολικρῆς εἰς ἐχάτας ἀναπνοῆς.* De innocuis cibus in aureo seculo pulchrè Lucretius libro Quinto *inter se prostrati in gramine molli.*

*Propter aquæ rivum; sub ramis arboris altæ,
Non magnis opibus jucundè corpora habebant.*

Se-

Seneca in Hippolyto; — *regios luxus procul Est impetus fugisse; Sollicito bibant Auro superbi; quam jurat unda manus Capiasse fontem, certior somnus premis Secura duro membra verissem toro.*

Lucanus pulcherrime libro. i v.

*Discite quam parvo liceat producere Vitam,
Et quantum Natura peccat, non erigit agros
Nobilis, ignoto diffusus Consule, Bacchus,
Non auro myrrhæque bibunt; sed gargite puro
Vita redit: satis est populi fluviusque Ceresque.*

Seneca Epistola xx. *Aut gratuitum est quo egemus, aut vile; Panem & aquam Natura desiderat: nemo ad hæc pauper est, intra quæ quisquis desiderium clausit, cum ipso Iove de felicitate contendat. Vide eundem Epistola xc. Boethium de Cons. Phil. lib. III. c. III. Stobæum Eclogarum Ethicarum libro I. cap. iv. Et hæc plura sunt etiam quam pro Rutilio nostro.*

107. *Calidarum gurgēs aquarum.*] Historia est quam ex Macrobio attulit eruditissimus Sitzmannus. *Tibi, tuo emolumento, tuo commodo. Lucretius — tibi vident æquora Ponti.*

109. *Æternus.*] Durabilis, constans, perpetuus. Plinius lib. XXXV. cap. XIV. *æternos sic parietes dixit.*

111. *Inclusas inter laquearia Silvas.*] Non de privatorum domibus, sed de Lucis publicis sermo est, vel & hortis. Quales Mæcenatis & Plantianis in Regione urbis. V. agnoscit P. Visfor. Quæ eadem regione trium *Lucorum* meminit. Et hæc nos latius describere, etiam si velimus, non finit Curiosa doctorum diligentia.

111. *Quid loquar inclusas &c.*] Hosce versus de Nymfæo capiendos dixit Barthius Adversar. lib. vii. c. x.

112. *Vernula.*] Elegantissime. In urbe nata; velut in domo quæpiam aut familia vernæ ancilla; rum filii. Videtur autem Nymfæum aliquid hoc

I

10-

loco describere Rutilius noster, quæ conjicio fuisse ædificia omni genere naturalium deliciarum instructa, arboribus, gramine, fontibus, avium concentu, & quæ alia ad innocuam Voluptatem sine admittione auri aut pretiosarum rerum componi possunt, de quibus notavimus non profus contemnenda libris Sexto & Septimo Adversariorum.

112. *Vernula qua vario.*] Ita correxerunt viri eruditi At prima editio ita posteriorem versum concinnat.

*Vernula qua vario * carmine ludat avū:*
Clarum ex nota Astersimi aliquid latere, quod exscriptor assequi non potuerit. An legas.

— *qua Ismario carmine.* Ut Atticam Thraciamque avem vernulam Romæ canere dicat. Ovidius.

Concinit Ismarium Daulias ales Ilyn.

Barth. Advers. XXI. 1. 17.

112. *Ludit avis.*] Hanc quoque naturalium Voluptatum non postremam in deliciis ingenuis ponunt suavissimi scriptores, estque antiquissima ea delectatio Musicæ humanæ origo. Lucretius V.

At liquidas avium voces imitatur ore
Ante fuit multo quam levia carmina cantu
Concelebrare homines possent, aureisque juvare.
Inde minutatim dulces didicere querellas

Tibia quas fundit digitis pulsata canentium. &c.

Petronius in Paradiso quodam Amatorio.

Has inter ludebat aquis errantibus amnis
Spumens, & querulo versabat rore lapillos
Dignus Amore locus, testis silvester Jasion
Atque Urbana Progne: quæ circum gramina fusa
Et molles violas, cantu sua ruracolebant.

Manilius in Fine libri. III.

Tunc pecudum volucrumque genus per pabula lata
In Venerem partumque ruit, totumque canorâ
Voco nemus loquitur, frondemque virescit in
omnem.

Virgilius Calice.

At Volucres pasulis, residenteis dulcia ramis

Carmina per varios edunt resonantia cantus,

Hu suberat gelidâ manans e fontibus unda, &c.

Aristanetus lib. I. Epist. I. *ἰδὲ καὶ ἀνόδους πε-
ριπτύμεναι τὰ νέμετα μελαδῶσιν. διὰ καὶ τῶν
ἄλλων ἰδύρασαν κατηκόμεν ὀρνίθων, ὡς περ ἑμμελῶς
ὀμιλῶντων ἀθεσποῖσι. ὅππῃ κακίους πορὶ τῶν ὀμμάτων
ἔχεν δοκῶ, ὁ μὲν ὅππῃ πέτρας ἀναπαύει, τῇ πόθῃ
καθ' ἕνα, ὁ δὲ ψέχει τὸ πῆρρον. ὁ δὲ εἰς τῶν ζῴων
κατανέυσκεν ἄποσιπύσασθαι τὴν ἐκείδην. ἡμεῖς δὲ ὑφε-
μένη τῇ φωνῇ διελογώμεθα ἀπὲρ τῶν, ὅπως μὴ
ἀποπύθωνται, καὶ διασκεδάσωμεν τῶν ὀρνίθων
τῶν θείων. Achilles Tattius libro I. ὀρνίθους δὲ οἱ μὲν
χειροῦθεις ἀπὲρ τὸ ἄλλοτε ἐρέμοντο ἕς ἐμολῆκεον εἰ-
τῶν ἀν' ἄρῶπων τροφῆ, οἱ δὲ ἐλεύθερον ἔχοντες τὸ πῆ-
ρρον ἀπὲρ τὰς τῶν δένδρων κορυφὰς ἔπυρρον. οἱ μὲν δὲ-
δόντες τὰ ὀρνίθων ἀσμάτα, οἱ δὲ τῇ τῶν πῆρρον ἀ-
γκυλῶμενοι πολλῇ. Longus lib. I. Pastoralium. *ἡρὸς ἰδὲ
ἄρχη, καὶ πάντα ἡμερῶν αὐτῆ τὰ ἐν δρυμοῖς, τὰ ἐν
λειμῶνι, καὶ ὅσα ὄρεα. βίμβῃ ἢ ἡδὴ μελιτῆον,
ἢ χῶ ὀρνίθων μουσικῶν, σευρπῆσασθαι ποιμνίων ἰδοπ-
γυῖστων, ἄρνεο ἐσειρτων ἐν τοῖς ὄρεσιν, ἐβίμβῃ ἐν
τοῖς λειμῶσιν αἰ μελιτῆα, τὰς λόχμας κατηρῶν ὀρ-
νίθους.* Et sic magna vis aliorum scriptorum. Nos
hæc obiter incidentia adscripsimus, jucunditatis
gratia, memores ad Poëtam scribere.*

113. *Vere tuo.*] Tamquam Domina etiam Tem-
porum & Tempestatum sit Roma. Infra. versic. 128
ipse videtur

Quem sibi Roma facit, purior esse dies.

Quo loco, si videbitur, alia quædam fortasse
notabimus. Sequentibus similia sunt apud Martia-
lem aliquot locis.

113. *Vere tuo---victa Hyems.*] Videtur mihi allu-
dere Epigramma LXXX libri VI. apud Martialem,
ut alia hujus Galli Hispanum illum elegantiarum
Imperatorem sequuntur. Barth. Adversar. L. XXII.
c. 17.

113 *Mulceri.*] Leni suavique flatu. Ovidius Me-
tam. I.

Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.

115. *Crinales lauros.*] Semper crinibus hærentes. Vide Effigiem Romæ in Noticia Imperii.

115. *Seniumque sacra Verticis.*] Canitiem dicit Urbis jam in senium productæ. Ipsa apud Claudianum bello Gildonico,

Ipsa Ego qua terras humeris, pontumque subegi.

Defector, emerita jam prælia nulla senectæ.

Et apud Symmachum lib. x. *Optimi principes, Patres Patriæ, reveremini annos meos, in quos me pius ritus adduxit, ut utar ceremoniis avitis.* Pariter Apollinaris Sidonius.

116. *In virides comas.*] à Vigore non à colore. Theocritus Cynicæ. *πικειν λι δει οīs γόνυ χλωρόν.*

— Hoc est qui vigent ætate & sanguine juvenili. Sic *uvæ virides* Apicius vocat incorruptas lib. i. cap. i. *Oleum viride* ibidem, & lib. III. cap. II. Sic *μῆτι χλωρόν* apud Homerum Iliadæ A. *τυρός χλωρός* Aristophanem Ranis, *πῦρ χλωρόν* apud Æschylum.

Catullus — *Cui cum sit viridissimo Nuptia flore puella.* Statius Thebi VI.

Si pariter virides nati libare dedisset

Ad tuæ templæ genas. —

Boethius. *Gloria felices olim viridesque juventa.* Solatur. Gregorius Magnus Homiliâ Primâ. *mundus in annis prioribus velut in juventa viguit, ad propagandam humani generis prolem robustus fuit, salute corporum viridis, opulentia rerum pinguis.* Nemesianus Cynegetico.

Tecum Najades faciles, viridique juventa

Pubentes Dryades. —

Pariter Claudianus Bello Getico, Valerius Flaccus libro I. Argon. Silius lib. XII. Palladius lib. VI. cap. XVII.

117. *Auræ diademata.*] Diadema cum fasciâ alba aut purpurea Regibus usitaretur, ab Imperatoribus Romanis auro texta & gemmis culta gestata est. Conum autem dicit quia vesit mitras quasdam gemmis undique intextas gestabant eidem, quorum

cul-

cultui Deum suam æquat Rutilius, quæ mitræ velut galææ quæpiam in conum erant elevata. Vise picturas trium Imperatorum Theodori, Michaelis, Andronici, præfixas Græcolatinæ Editioni Basilænsi Annalium Nicefori Gregoræ.

117. *Cono.*] Non est inepta notatio modo posita. Tamen verius est galæam diademate cinctam & Clypeum Romæ adscribere aureum Rutilium nostrum. Claudianus ad eadem.

— *Solidatam crista resurgens*

Erexit galæam, clypeique recanduit orbis,

Et levis excussa micuit rubigine Conus,

119. *Tristem casum.*] Innuît occupatam & spoliatam ab Alarico Romam; de quo casu Urbis diversi diversa memoriæ prodiderunt, ut quisque Paganismo, Imperatori, Gothis, Christianis, Stilliconi & Alarico faventior fuit. Legæ Zosimum Comitum Orosium, Niceforum, Cassiodorum in Tripartita, Freculfum, Idatium, Marcellinum Comitum, Hermannum Contrastrum, Othonem Frisingensem, Georgium Cedrenum, Joannem Zonaram, Regionem, Sigbertum Gemblacensem, Gotifredum Viterbiensem, Martinum Polonium, Constantinum Manassem, Jornandem, Paullum Diaconum, Cassiodorum Chronico. Et alios hujus farinae scriptores nec malos bonam partem, nec valde bonos.

122. *Exemplo cæli ditia damna subis.*] Quod fidera sua condit, ut inde clarius & serenius splendcant. *Ditia damna,* acute quia ab ipso ferro sumit opes animosque, per damna per cædes. Horatius de iisdem Romanis libro. IV. Od. IV.

Gens qua cremato fortis ab Illo

Iactata Thuscis aquoribus, sacra

Natosque, maturosque Patres,

Pertulit Ausonias ad Urbes,

Duris ut ilex tonsa bipennis

Nigra seraci frondis in Algido

Per damna, per cades ab ipso

Ducit opes animoque ferro.
 Non hydra secto corpore firmior
 Vincti dolentem crevit in Herculem,
 Monstrumve submittere Colchi
 Majus Echioniæve Thebæ.

Merles profundo pulcrior evenit,
 Lucere, multa prouet integrum
 Cum laude Victorem, geretque
 Prælia conjugibus loquenda.

Quos divinos versus animo habuisse videtur Rutilius noster. Vide Aristidem Panegyrico, &c. *Florum* imprimis, cuius Epitoma Rerum Romanarum quidam Panegyricus est.

125. *Non distulisti Allia pœnam*] Veteres Editiones, ut & Petri Pithæi, *Pœnum* legunt. Quam adscripti *Leæio* vera est.

128. *Flevit successus Annibal ipse suos.*] Verba eius apud Horatium sunt quæ modo adscripti; inibi & sic legimus.

*Dixitque tandem perfidus Annibal
 Cervi, luporum præda rapacium,
 Sectamur ultro, quos opimus
 Fallere & effugere est triumphus.*

129. *Quæ mergi nequeunt.*] Ex verbis superioribus Horatii. Jactantius autem Paganus loquitur Poëta ob æternitatem Romæ Jovis ipsius sponcione promissam, de qua Virgilius & Sulpitia in Satira.

129. *Quæ mergi nequeunt, nisi majore resurgunt,
 Exsiliuntque imis altius alta vadis.*

Hæc est correctio Pithæanarum editionum. In veteribus disertè legitur -- *alius alta* -- quod non nemo non proflus aspènetur. *Altus* enim tam profundum quam supremum notat. Nec videatur ineptè quæsitâ, quam vocant, alliteratio: Unum certum est, M. S. S. codices nullos doctis hunc poëtam reconsentibus, fuisse; unde libera ad pristinas editiones recurrendi ratio. Citant tamen priscos Rutilii Codices Onuphrius & Mariangelus Accursius. Barth. Advers. xxv. 15.

131. *Utque novas vires fax inclinata resumit.*] Ovidianum; *Vidi ego jactatas mota face crescere flammæ, Et vidi nullo concutiente mori.* Similia & in sacris literis.

133. *Porrigere.*] Porrigere, extendere, rem ad æternitatem ejus pertinent. Virgilius -- *famam extendere factis Hoc Virtutis opus.* -- Horatius -- *Viveto exmento Proculejus ævo.* Claudian. 1. *Stilicon.* -- *Cujus protendere famam Sufficeret natus Stilico.*

133. *Romana in secula.*] Omnia secula Romana futura dicit, loquitur ex ambitione eorum scriptorum qui florere scripserunt.

De *Legibus* ut illæ vivere, florere, spirare, senescere, mori, dicantur, multa venustè notarunt Franciscus Juretus ad Symmachum, Thomas Demsterus in Antiquitatibus. Broflæus ad Cassiodorum libro primo Epistola. XXV.

134. *Fatales non vereare colos:*] Eximit humana sorte Urbem quam æternam videri volunt. Cætera enim omnia humana fati suis certis, præfixoque ordine accidere autumant scriptores. Sapientiæ humana consulti. Non secus atque perfidus ille & consceleratissimus Orientis Africaque infector Muhammetes suæ diræ sectæ auditores hac fascino opinione, unde ad quidvis ferendum sunt quam promptissimi, velut nullo contra nisu valentes constitutis fato omnium rerum eventibus sese opponere. Cui tamen ipsorum Principis auctoritas proflus omnem vim tollere debebat, cuius nutui parent etiam contra suum Deum. Romanis autem adeo persuasæ erat hæc opinio, ut vulgo dicerent, *Evassi captivitatem, eadem, incendium, furorem horricum? fatum hoc meum fuit!* *Hæc mea fors erat.* Tales enim erant apud eos causæ quorumlibet accidentium, ut vides apud Augustinum libro. 1. de Civitate Dei cap. 1. Antoninus Imperator libro V. de Officio suo. *ὁλος γὰρ ἀρμονία ὅτι μία. καὶ ὅσπερ ἐν πλείστον πῶν πραγμάτων ὁ κόσμος, τοῖς τὸν κόσμον συνίσταται.*

συμπληρέται οὗτος ἐν πάντων τῶν αἰτίων ἢ εἰς ἁ-
 μένην τῶν αἰτίων συμπληρέται. Νοοῖσι δὲ ὁ λόγος
 καὶ τὸ τέλος οἱ ἰδίῳται : φασὶ γὰρ τὸ τοῦ ἔρρεν αἰτίαν
 οὐμοῦ πῶτο πῶτο ἔρρετο, καὶ πῶτο πῶτο συνε-
 τήετο. &c. Lege fusè Origenem Tomo II. contra
 Celsum, & Philocalia cap. XXII. ubi de non uten-
 do medico tale argumentum proponit & confutat.
 Augustinus lib. IV. Confessionum cap. III. Totam
 illi salubritatem interficere conantur cum dicim: de
 cælo tibi est inevitabilis causa peccandi, & Venus
 hoc fecit, aut Saturnus, aut Mars; scilicet ut homo
 sit sine culpa caro & sanguis, ut superba pueredo, (ita
 legendum) culpandus autem sit cæli ac siderum creator &
 ordinator. Vulgi id dictum agnoscit etiam Florus
 libro II. cap. VI. Tum quidem illum, ut dici solet vul-
 go, aut fatum Urbis Imperatura, aut ipsius mens ma-
 la, & averſi à Carthagine Dii in diversum abstule-
 runt, cum Victoria posset uti, fraſi maluit. Ineptè au-
 tem Rutilius & parum constanti mente. Fatum mo-
 do Civitatis Romanæ agnoscit, modo nihil ad eam
 pertinere fatales colos statuit. Scilicet ut solent pa-
 lare homines ubi religionis fundamentum nullum
 est.

135. Sedecies dentis & mille.] Numerus exit anni
 ab Urbe Condita c. c. LXIX. de Christo no dubi-
 tant scriptores. Quorum causam hic ventilare non
 est opus hoc loco.

137. Nullis obnoxia tempora metis.] Virgilius; Im-
 perium sine fine dedi-- Sulpitia Satira in Domitianum.
 Aufonius: ignota aterna ne sint tui tempora Romæ.
 Porro annus ille Urbis Condita, quem modo po-
 fuit Coss. habuit Honorium Augustum & Constan-
 tium, si qua fides Fastis Siculis Græcis. Quos qui-
 dem retro legens nullum Consullem Rutilium in-
 venio, nec adeo Venerium Rufum Prætextatum,
 ut neque Petronium hujus operis neque auctorem
 rectè quispiam Consularem vocaverit. Non diffi-
 teor autem in iis Fastis multa perturbata esse; Sicut
 Aufonium Poram ex ipsiusmet scriptis constat
 Con-

Consulem fuisse Anno Urbis Condita. MCXVIII.
 Cum Facti eum projiciant, collegà Q. Clodio Her-
 mogeniano Olybrio in Annum. M DXXXII. erro-
 re integrorum XIV annorum.

139. Resolvit.] Interficit velut atque occidit.
 Symmachus lib. x. Epist. Licet Vettius Prætextatus
 natura lege resolutus sit. Paulinus Pellæus in Eucha-
 ristico;

Me vel in hoc proprio mortale corpore dum sum
 Esse tuum, cuius sunt omnia; vel resolutum
 Corporis, in quacunque tui me parte futurum.

Ita distinguendi videntur ii versus scripti mendo-
 sissimi, quod ad calcem à capite Quinquagesimo
 Secundo Adversariorum libro recensemus. Mors
 enim hominem in sua resolvit initia. Pulcrè Velle-
 jus lib. II. de Augusto: Cum omnem curam facta
 vincerent, in sua resolutus initia Pompejo Appulejoque
 Consulibus Septuagesimo Sexto anno animum cælestem
 celo reddidit. Estque hoc ex doctrina Physicorum,
 qui compererunt nihil omnino in nihil resolvi, sed
 unius interitum alterius esse generationem, de qua
 lege Aristotelem de Ortu & interitu. Anima au-
 tem Humana alia omnino Ratio est, quæ immor-
 talis eo inter cætera firmissimo argumento probatur
 esse, quod in quod resolvatur, non habeat. Non
 enim ex Elementis aut uno aut pluribus facta vel
 composita est; itaque & in nullum eorum poterit
 resolvi, qua de re lege primum librum Claudiani
 Mamerti, Cassiodorum. Celebres Opiniones de
 Anima, à Joanne Tarino editas. Nemesium de
 Homine. Hugonem Eterianum. Gregorium Thau-
 maturgum, Tertullianum, &c. Et quos nos
 Tres libros Carmine non inſuavi de Animâ dedimus.

140. Ordo renascendi.] Successio. Sic ordines
 moriendi faciebant Romani, ut scilicet prior filio
 pater obiret, quod cum fieret contra, turbari or-
 dinem fatorum dicebant. Claudianus;

— servatoque ordine fati

Mallia continuo numeretur Consule prolis.

142. *Sacrilega gentis, perfidi Getæ.*] Odio Romano obturbatum & penè eversum Imperium Occidentis conviciatur gentem Gothorum. Sacrilegum quicquid instituitur veris & longo usu sacris est contrarium, qualia Romana arbitrabatur hic Paganus. Augustinus V. Confess. cap. V. *Itaque cum de cælo ac stellis ac de Solis & Lunæ motibus falsa dixisse deprehenderetur, quamvis ad doctrinam Religionis ista non pertineant, tamen ejus ausus sacrilegos fuisse satis eminet.* Phœbadius in Arianos. *Hic ergo blasphemia hic dictis sacrilegus dolor est, quo in Patre & Filio recipitur Deus unus.* Vincentius Lirinensis Commonitorio I. *Cumque immemor nominis, religionis, Professionis, unius hominis sacrilegam temeritatem Ecclesia Christi præponeret.* Tertullianus de Præscription. cap. LI II. *seipsum sibi sedere ad dexteram suam cum sacrilega & profana temeritate proponit.* Gregorius Baticus contra Arianos, qui liber vulgo Fautino cuidam perperam adscribitur, in Bibliotheca autem patrum bis, diversis auctoribus inscriptus, editus est, ut vel hinc videas quo judicio id Opus constipatum fuerit. *Sollicita interrogatione perquiris quomodo capitula illa solvantur, quæ ab Arianis adversus Catholicos sacrilegis interpretationibus opponuntur.* Vigilii libro I. in Eutychem; *Quodquam sacrilegum, quamque sit impium, apertissime inibi cognoscere videtur.* Faustus libro I. de Arbitrio: *illa magis sub religioso colore metuenda est; hæc sacrilegium suum ipsa suis auribus prodit.* Petrus Damianus, scriptor suo avo præclarus, Epistol. ad Hildebrandum. *Resene, inquam, tuique erat officii vespere in Schaburum vanitate colludere, & manum Dominici corporis oblatricem, linguam inter Deum & populum mediaticem sacrilegi ludibrii contaminatione fedare.* Gothi autem sanguinaria gens & Barbara. Constantinus Manasses Annalibus. Exemplum crudelitatis inigne describit Procopius lib. II. bell. Goth. *in capta Mediolano. Virorum casa CCC milia. Famina vendita, dono Burgundionibus instar pecudum data. Reparatus dux Romanorum minutim concisus*

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 203
cisus, & canibus pastui datus. Erant autem Gothi non Thracæ sed veri veteres Germani Origine, ut clarissimè demonstrat auctor in talibus, aliisque omnibus fere, incomparabilis Strabo, libro VII. Jam Germani feritatis nomine notissimi apud Romanos; ut Manilius, indignitate scilicet cladis Varianæ, scribere non erubuerit libro IV; Teque feris dignam tantum, Germania, matrem. Sed & Galenus in libris de tuenda valetudine feris componit Germanos, & de eorum immanitate Egeffippus libro II. cap. IX. *Gothi ergo gentis suæ natione tales; quod tamen neque de his crediderit facile qui Jordanem, nec de Germanis in genere qui Corn. Tacitum leget.* At vero contra Strabonis auctoritatem Gothos inter Scythas mediterraneos habitasse, cum Rossis, Zinchis, Alanis, tradit Georgius Pachymerius libro V. Historiarum. *Eos cum multumda scelera committerent, more suo facere scribit libro IV. cap. XXXV.* Aimoyus Monachus. De Perfidia vide Joannis Savaronii notas ad Sidonii lib. V. Epist. VI.

142. *Sacrilega gentis.*] In direptione Urbis Romæ saltem iis pepercit Alaricus qui ad templa Christianorum, & Basilicas Sanctorum confugerant, ut latè describit Orofius, & Augustinus declarat libro I. de Civ. Dei. Qui ergo fana omnia vetera spoliarunt, eos sacrilegos vocat homo paganismi pericax. Martari autem ad aram Gothos, non bello exstingui vovet, ut major sit honos & Virtutis & Religionis Romanæ.

145. *Rhenus aret.*] Galliarum fecunditatem celebrat, cum subjectione gentium bellicosissimarum eas ad Rhenum habitantium. Claudiano & Panegyristis aliis Rhenanæ nationes pro invictis penè celebrantur. De Gallia copiis lege Salvianum, & qui velut ex professo laudes ejus scripserunt, Stephanum Forcatulum, Joannem Picardum, & recentiores alios Annonæ Trans Rhenanæ meminit Vopiscus in Probo,

147. *Africa.*] Africa nobilissimum horreum Pop. Romani. Inde enim velut ex horreo annonæ copia in urbem transvehebatur, Roma apud Claudianum Bell. Gild.

Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere. &c.
Ubi multos scriptores laudavimus.

148. *Imbre tuo.*] Cum Africa sit astuosissima provincia, in gratiam Romæ vult inibi pluere Jovem, ne Urbi videlicet comæatus uberior desit. De pluviis Africanis Lucanus libro. III.

*Ubere vix gleba superat, cessantibus Austris,
Cum mediæ nubes Borea cogente sub axem
Effusus magnam, Libya, dedit imbribus annum.*

149. *Horrea.*] In urbe Roma populo Rom. erant horrea cccvi, ut ex Publii Victoris Indice Regionum Romanarum constat. In provinciis etiam plurima fuisse vel iis exemplis claret quæ produxit posthumo suo in Ausonii Mosellam Commentario, vir supra quam dici potest candidus, probus, ingeniosus, industrius & eruditus, omnium meorum quos umquam habui amicorum mihi amicissimus.—*dum fata Deusque sinebant*, M. Freherus.

151. *Triumphali arundine.*] Qua soliti ornare sese cum triumpharent quondam Romani proceres.

151. *Ipse Triumphali redimitus arundine Tiberis.
Romuleis famulas ossibus aptet aquas.*

Ista est vetustissimarum editionum scriptura. Correxerit Pithæus, quem sequutus in eadem re Jos. Castalio est. *Ussibus aptet aquas.* Commodè cum mentione fiat omnis generis mercimoniorum amne subvectorum. Conjeceram ante—*jussibus*: quod commodius etiam arbitror, cum famulis aquis competant jussiones heriles, *Barth. Advers. xxv.*

15.

152. *Romuleis famulas usibus aptet aquas.*] Vera est hæc lectio. Olim excusi—*ossibus*. Nec pejus Castalio—*classibus*.—Sed tamen non de solis classibus sermo est Rutilio, sed vero omni genere
na.

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 250
navium usui Romanæ Urbis servientium Quare ego eam lectionem quam proposui genuinam potius arbitror. Subdit enim.

—*placidis commercia ripis*

Devebat hinc ruris, subvehat inde maris.

Quæ non de solis classibus frumentariis aliisve capi possunt.

155. *Pande procul gemino placatum Castore pontum.*] Nequaquam istam lectionem mutandam cenfeo. Quid enim Castoribus cum Portibus, quorum numina & sidera mari imperant? Pontum autem velut rem clausam Poëtis, nec sine numinum ope aperendam esse, quis de eorum lectione non meminit? Sic Castoras alloquitur Papinius Propemptico Metii Celeris. —*proferte benigna.*

Sidera, & antennis gemino consistite cornu

Oebalii fratres: vobis pontusque polusque

Luceat.

Æquora pandere, iter per ea suadere, docere, Valerius Flaccus dixit libro 1. Argonaut. V. DXXXI.

Fleite ratem, motusque, pater; nec vulnere nostro

Æquora pande viris.

Martialis lib. 12, Epigramm. G. de Boëti.—*cui rector aquarum.*

Albula navigerum per freta pandit iter.

Sic irrumpere pontum qui invitis Diis navigant dicuntur. Vide quæ ad principium Belli Getici apud Claudianum notamus.

157. *Jura Quirini.*] Præfectum Urbi intelligo. Ut infra; Nam quod nulla meum strinxerunt crimina ferrum, Non est præfecti gloria, sed populi. Non vero Consulem, quod fatua vulgo inscriptiones volunt, & supra ex Fastis Siculis notavimus. Tamen quod sequitur; Si colui sanctos consuluique patres, potius ad Consularem eminentiam pertinere videtur.

158. *Paires.*] Patrum consilium se vixisse quondam

dam Roma apud Claudianum commemorat, Idemque Honorii Sextum Consulatum à ritu & moribus prisca Reipublica egregie commendat.

165. *Componere.*] Hoc verbo Romani scriptores de iis utuntur qui suam velut morte cum suis, inque suis penatibus diem ultimum clausurunt. Horatius lib. 1. Sermon. Eclogâ Nonâ.

— *est tibi mater?*

Cognati? quis te salvo est opus? haud mihi quisquam.

Omnes composui: felices! nunc ego resto.

Pertius-- tandemque beatulus, alto Compositus lecto.

164. *Digneris si meminisse mei.*] Formula abscedentium. Plautus Milite Glorioso. Ubi abscedit Palæstrio.

Conservare conservaque omnes, bene valete & vivite,

Bene quæso inter vos dicatis & mihi absenti tamen.

166. *Luce.*] Oculis. Unum pro geminis dixit. Ut Claudianus orbem, Bello Getico. V. CCLIX. — *feranuntia Martis.*

Orbe sub Augusti casurum prodidit hostem.

Ita enim eo loci omnis vis Pulmaniorum Codicum legit. Quam nos redemptam in Batavia nobiscum, thesauri instar, patriis sedibus inveximus. Palatina tamen membranæ & Codex Aldinus, Ore. Quomodo & Claverianus MS. seu Cujacianus potius, & Editio Raphelengii, cui præfuit Josephus Scaliger.

168. *Albini gloria viva patris.*] Cecina Decius Albinus Cos. fuit Anno Urbis, M C X C V I, sed is propter annos huc trahi non potest, ut nec Rufius Senior & Junior longè post in eodem indice conspiciendi, neque Flavius Volusianus Anni M C C X C, nisi transposita nomina & Annos inibi censas.

168. *Gloria viva.*] In quo vivus veluti denuò pater gloriam suam revirescentem amplectatur. Vide

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 207
Vide Stobaum Sermone LXXIII.

169. *Volusi antiquo derivat stemmate nomen.*] Volusianum hunc esse cuius edictum in Urbana Prætura adversus Cœlestium Hæreticum extet, notavit vir doctissimus & optimi professoris iudicii Jacobus Sirmondus ad Sidonium, lib. 9. Epist. 16.

170. *Teste Marone.*] Sanè imbecilli ribicine nisa est gens Volusia apud Romanos, si originem suam ad Rutulorum Reges nullo alio quam Virgilio testimonio retulit. Non enim aliter Volusi quam ira meminit Maro lib. 11. ut Turnus cuidam nomine Voluso imperet, edicat armari maniplos Volscorum. Qui locus tam ad Rutulos Reges Volusiorum Romanam propaginem refert quam ad Cypselos aut Cecropidas.

171. *Huius sacunda commissa Palatia lingua.*] Quæsturam gessisse notant viri doctissimi, cuius hoc officium. Claudianus de Fl. Mallio Theodoro eadem dignitate tum conspicuo.

*Sed non ulterius te præbuit urbibus aula
Maluit esse suum; terris edita daturus;
Supplicibus responsa venis. Oracula Regis
Eloquio crevere tuo, nec dignius umquam
Majestas memini sese Romana locutam.*

Senarius, vir Romanus in suo sibi Epitaphio.

*Illi ego sum mundi quondam, sine fine, viator,
Senarius, membris tumulto, non nomine, clausus,
Principis invicti semper sublimis Amore.*

Cujus in Orbe fui Vox Regum, Lingua salutis.

Fœderis Orator, Pacis Via, Terminus Ira? &c.

Vide viros litteratissimos & de litteris pro se quemque egregie meritis Franciscum Juretum ad Symmachi librum 2. Epist. 8. Joannem Savaronium ad Carmen primum Sidonii. Theodorum Sitzmannum hoc loco, Demsterum Antiquitatibus. Petrum Brosium ad Cassiodorum lib. 6. Epistolâ. V.

172. *Primævus.*] Adolescens, nondum virilitatem fatis ingressus, nondum juventam emensus. Virgilius lib. 10.

Hic

Hic Curibus fidens primævo corpore Lauſus.
Pædo Albinovanus, ut volunt, in Planctu Mæcenatis.

Mene, inquit, juvenis primævi Juppiter ante Augustam Bruti non cecidiſe fidem.

Venantius in Phœnice. *Aſt ubi primævâ cepit flore-re juveniâ.* Primum ævum, Juventas. Valerius Flaccus lib. 7.

Occidis hæc, primo potis haud durare ſub ævo.
Nemeſianus. *Corporis & venis primævi ſanguis in-undat.*

Petrus Pictavenſis in Epiftola ad Petrum Mauriti-um. *Hominem penè adhuc primævum tanta com-prehendere potuiſſe ultra quam credi valeat mira-mur.*

173. *Puer.*] Adoleſcens. Duo enim hæc Pœtiſtam Græcis quam Latinis ex utroque materiae ferè confunduntur. Virgilius lib. 5. de Euryalo homine ar-mipotentem.

Euryalus formâ inſignis, viridique juveniâ,
Niſus amore pio pueri.

Pariter Statius Ephœbum vocat Leandrum, qui mare in concubitum Herus transnabat. lib. 6.

Phryxai natat hic contemtor Ephœbus Equoris.
Sic Gniton Petronianus puer annorum 15. *Gallie-nus Imperator* in ſuaviſſimis Epithalamii verſibus, quod utinam integrum præ grandibus nonnullorum bombis ad nos perveniſſet.

Ite agite, & pueri, pariter ſudate medullis
Omnibus inter vos

Ita Bathyllum ſuum puerum pingi vult Ana-creon.

Ἄρα δὲ πρῖνον ἀιδὸν Παιδῶν Σέλευσιν ἴδῃ.

Pariter puellæ dicuntur jam nuptæ. Horatius - pu-elle jam virum expertæ. Appuleius lib. 6. *Puella lep-ide, Amoris uxori.* Qui & lib. 9. *maritatam puel-lam adulteram* vocat. Quod & ipſum Græcicæ eſt imitationis; Qui & Juventam ætatem ſanè laxius ſu-

ſumunt, ut apud Heſiodum juvenis Quadragin-ta annorum grandem panem tribus buccis par-tiens.

173. *Pro conſule.*] Pro Conſulem Africæ fuiſſe Albinum dicit. De genere autem hoc loquendi vide Joſephum Caſtalionem in Variis Lectioni-bus.

174. *Equalis Thyiis terror amorque fuit.*] Car-thaginenses dicit, vel potius omnem Africam, ab ea urbe quæ quondam ejus domina. De re ipſa, ſi-mile illud Gunteri libro primo de domo Impera-toris.

Quam qui novit amat, qui non novere, verentur.

In principe autem & honor & benevolentia ſub-ditorum requiritur. Honor, ut auctoritatem ha-beat, ex qua pendet ſalus Reipublicæ, nam Cice-ro prudentiſſimè in libris de Republica ſcripſit, quanto honoratior ſit princeps, tanto meliorem ſubditorum ſtatum eſſe, uti ex eo reſert Petrus Pi-ctavenſis, monachus ſuorum temporum eruditione præſtantiſſimus. Benevolentia autem ad ſecuritatem ejuſdem necceſſaria eſt, non enim ita circumſtantia tela non pila nec enſes, Quam tutatur amor. - Præ-terea Imperia omnia melius amore quam vi obti-nent à populis quod volunt. Plinius lib. 8. Epift. 24. *Malè vim ſuam poteſtas aliorum contumeliis experi-tur, malè terrore veneratio quaritur, longæque va-lentior Amor ad obtinendum quod velis, quam timor.* Et ſapientiſſimè Julianum adulans ſcribit Libanius in Baſilico: *Non enim eo tum ſe meliorem quam alii viſum iri autumabat cum magis quam ceteri ſeviret, ſed ſi magis quam alii clementiam cordi habens, omnes nihilo minus ſuperaret. Neque vero Regium eſſe exiſti-mat aſpectum truceſem, ſed Manico potius furori con-gnere, ut eum inter morbos acutos & graves cenſeret, aſperitatem verdè morum in cæcis & concilio tyrannicæ dominationi attribuens, aſſabilitatem & Comitatem principis felici ſtatui adjuugebat. Deinde præclare ſe-cum agi exiſtians, non ſi metu regnum contineret, ſed ſi*

si amore & benevolentia subditorum miniretur, benignitati vicem parem, lapsui vero veniam tribuere solens, &c. Et divinè prorsus ipsemet Julianus Panegyrico primo ad Constantium: βάλουσι δὲ σαφέστερον ἄλλοι τῶν εἰπῶν ἅπασιν δείξαι πῶς μάλα, περὶ οὐσίας καὶ τοσούτοις αὐτῶν ἔπιδδος περιήμασιν ἕθενος ἔλας διήμαρτες, ζυνοῖαν εἶν δαῖν παρὰ τὴν ὑπεκρίαν ὑπάρχειν τῷ βασιλεύοντι ἰουρμῶτων ἀσφαλῆστατον ταύτῃ δὲ ἔπι τὰ ἴοντα μέντε καὶ κελύοντα καὶ δαπερὶ σφοδρῆς καὶ φόβου κτήσασθαι παντελῶς ἄλογον. λείπεται δὲ λοιπὸν, καθάπερ αὐτὸς ἄρμυκας τὸ πάντας εὐ ποιεῖν καὶ μὲν εἰδαι τῷ δαῖν εἰ ἀνδράποισ εὐσίαν, περὶ οὐσίας μὲν ἔχειν πρὸς ὄργην τῶν πιμορῶν ἀφαρῆσαι τὰς χαλεπώτατας. Est enim amor in genere numen quoddam omnium bonarum rerum & eventuum felicium princeps, sine quo nec ullum negotium five publicum five privatum bene expeditur. Demetrius Constantinopolitanus in Hieracosophio. περιήμασιν γδ' εἰρήνης ἔρος ἔπι τῷ παρὰ κολοσθῆσι περιήμασιν, ἀμύχανον πῶτο κατορθωθῆναι. De privatis rebus Theano Pythagorica, exemplo dominæ & ancillarum. ἔραχῆ δὲ ἐστὶν οἴκου περὶ τὴν γυναιξὶν ἔραχῆ δεσποτινῶν, ἐστὶ δὲ, ὡς φησὶ, μέγιστον ἔπι δακρυῖα εὐνοῖα; αὐτὴ γδ' ἔ συναρροχῆται τῶς σώμασιν κτήσας, ἀλλ' ἐξ ὑπέρας γλυνῶσιν αὐτῷ οἱ συνετοὶ δεσποτινῆ. Plura ex diversis scriptoribus in Animadversionibus recensitis ad Claudiani Panegyricum in Quartum Consulatam Honorii.

175. *Summos fasces.*] Consularem dignitatem, ultra quam privato adscensus non erat. Præfectura tamen Prætorio præfertur, potentia quidem, non honore, & vetustate dignitatis. Consulatam culmen honorum & portum vocat Claudianus. Loquitur autem hic de Volusiano Patrem Albinum imitante Rutilius.

176. *Si fas est meritis fidere.*] Tamquam de re divina loquitur de Consulatam Romano, homo morum veterum. Cum tali enim præfatione loquebatur, rebus supra hominem proferendis velut horrentes. Ovidius Metamorphos. 1. Hic

Hic locus est quem, si verbis audacia detur, Non timeam magni dixisse Palatia cæli.

Quæ verba tacitam magnificentiam Romanorum Principis Augusti adulationem habent. Sic æquora cælo comparans Papirius in Propentio Metii Celebris scribit lib. 3. Sylvarum.

Vos quoque carulem, diva Nereides, agmen Dicere quæ magni fas sit mihi sidera Ponti.

Sic merita omnia minora tanto honore autumat Rutilius.

178. *Corpore diviso mens tamen una manet.*] De summo amore discedentium à se amicissimorum hominum pereleganter & summa legentium cum commotione ita loquuntur scriptores optimi, & jucundissimi, quorum in talibus lectioni nulla alia nisi divinarum rerum contemplatio comparanda est. Quid enim dulcius quam animo velut præsentem videre homines tam eximio candore inter se amantes, ut, cum discedunt ab altero alter, mentes tamen velut glutino inextolubili confixæ, maneat colligatæ, nec possint ullo spatio terrarum dissolvi. Hujus voluptatis ut lectorem participem summorum, sua cujusque ætate scriptorum aliquot insignia loca huc transducam. Cicero lib. 5. Famil. Epist. 13. *Quantum potero me ab omnibus angoribus & molestiis abducam, tecumque ero tantum, quantum patietur utriusque ætas & valetudo. Et si esse unâ minus poterimus, quam volumus, animorum tamen conjunctione isdem studitis ita fruemur, ut numquam non una esse videamur.* Plinius lib. 9. Epist. 34. *Postquam à te recessi non minus tecum quam apud te fui. Qui tamen de Libro Sardi loquitur à sese pelleo: Tibullus lib. 4.*

Hic animum sensusque meos abducta relinquo, Arbitrio quamvis non sinis esse tuo.

Victor Massiliensis ad Salomonem.

Te corde hinc gestans abii, tecumque resedi. Augustinus libro 6. Confessionum cap. 8. *Si corpus meum in illum locum trahitis, numquid & animum &*

Et oculus? adero itaque absens. Ennodius lib. 3. Epistolâ 13. *Affectionem mentior si vobiscum digrediens non remansi; Et beatitudinem vestram mecum, quamvis locatam in statione, non detuli.* Paullinus Epistolâ 2. ad Aufonium, -- *toto licet abstrahat orbe vel aro*

Numquam animo divisus agam : prius ipsa recedat

Corpore, Vita, meo, quam vester pectore vultus. Eucherius divino Parænetico ad Valerianum; *Fides abeuntes inseparabilis & quasi fixa comitatur.* Ambrosius Epist. 26. *Occurri dico, quando enim absui, quem toto sequebar affectu? cui sensu ac mentibus inhaerebam?* Ruricius lib. 2. Epist. 1. *Caritatis integra sincera transfuso cuius ego vinculis colligatum à vobis me gaudeo, & talibus catenis vincitus exulto, obstringique me earum nexibus magis cupio quam solvi.* Paulinus ad Nicetam, Carmine cui par nulla post ætate scriptum habemus;

Jamne abis & nos properans relinques?

Quos tamen solâ regione linques.

Semper annexâ sine sine tecum

Mente futuros.

Walafridus Strabus in Poëmatis veros amicos dicit — *Corpore divisos, sed mentis amore ligatos.* Licentius ad Augustinum.

— *plaga Ponti*

Interfusa coercet : Amor contemnit utrumque

Gaudia qui spernens oculorum, semper amico

Absente fruitur, quoniam de corde profundo

Pendet.

Clemens auctor *fictitius*, vetus tamen, qui Recognitionum libros in Epitomen Græcè rededit, ab Adriano Turnebo olim editus. καὶ ἐν οὐδὲν ἔπι σὺνειπὶν οἱ φίλοι τοῖς μνήμασι, καὶ τοῖς σώμασιν ἐνείκων ἀπολιμπεύοντες. Venantius lib. 8. cap. 2.

Corpore discedo, nec tamen hinc abeo.

Hic ego totus ero, nec corde ac mente revellar.

Clemens, Latine, ut volunt, à Rufino descriptus, libro

libro 7. Recognitionum : *aut ignoras quia amici semper simul sunt, & licet corporibus separentur, memoria tamen jungantur.* Quæ ipsa verba sunt modo Græcè proposita. Sed nos nimum vagamur.

178. *Mens tamen una.*] Amore & corundem studiorum cultu. *Una mens in duobus corporibus, summa est amicitia descriptio.* Vide Adversariorum librum 30. cap. 26. Et Animadversiones recensitas ad Claudiani Probinum & Olybrium.

182. *Gloria sola manet.*] Illuc subiectum Æneam dicit; miraculo quodam seu divino prodigio itinere post eum arenis obsepto. Vel solam gloriam dicit famam ejus catapli, usu postea fluminis illuc profecto unde negant redire quemquam.

183. *Nocturnis spatium laxaverat horis.*] Nocturna hora plureis jam erant diurnis, hoc est ætas ibat in autumnum. Tamen & spatia horarum hyeme atque Æstate etiam aliter ordinata fuisse veteribus videntur, ut hyemales fuerint breviores & plures, æstiva longiores & pauciores. Unde Augustinus libro de Vera Religione. *Hora brumalis æstiva comparata minor est.* Censorinus cap. 16. *ævum neque annorum neque seculorum numero nec denique ullo finiti temporis modulo metiri conabor, hæc enim ad ætatem infinitam non sunt brumalis unius instar horæ.* Vides brumalem horam pro breviori poni. Vide quæ ad Plauti locum de Pseudoli A&U. V. Scena II. nemini satis adhuc perceptum ne dum dignè enarratum scribimus Adversar lib. 2. c. 19.

184. *Pallidior polo.*] à Remissione caloris & lucis abscessu, frigore & tenebris & imbribus ingruentibus.

185. *Tentare solum.*] Omnino scribe cum doctis Salum, --- Quod non opus haber ulla tergiverfatione.

186. *Oppositis moris.*] Certè cum moræ opposita sunt nolentes volentes cogimur prastolari, hic autem iusta causæ erant quare non pigeret morarum, quare scribendum existimo. -- *appositi*, -- hoc est congruen-

214. C. BARTHII AD
gruentibus, dignis; ad rem facientibus, atque ut Ju-
reconfulti forenses loqui amant, prægnantibus. Tamen & vulgata lectio defendi potest, quam nos
non movemus loco.

188. *Procellosi temporis.*] Qualis solet autumnò
infestare pontum. Autumnò se profectum modo
dixit. Et infra.

*Activos penetrent oneraria carbasæ fluctus
Tutior Autumnus mobilitate fuga.*

Sed de tempestate hic sermo. Legè Propempti-
con Papinii.

190. *Visu deficiente sequi.*] Papinius;

*— fugit ecce vagas ratis acta per undas
Paulatim minor & longe servantia vincit
Lumina, tot gracili ligno complexati mores.*

191. *Duces oculi.*] Mentis nimirum. Hi sunt
sentuum duces, & mentis indices, defensores à
periculis, custodesque egregii. Quintus Serenus de
Medicina.

*Summa boni est alacres homini contingere visus,
Quos quasi custodes defensoresque periculi
Prospiciens summa Natura losavit in arce.*

192. *Quod cupiunt cernere posse putant.*] Pariter in-
frà; *Pulsato nota redduntur ab æthere voces, vel quia
perveniunt, vel quia fingit Amor.* Et Terentius: quod
nimis volunt facile credunt.

197. *Cæli plaga Candidior.*] Candidus Sol pro se-
reno & claro, candida dies pro clara & minime ne-
bulosa ponitur. Cn. Marius apud Gellium lib. 15.
c. 25. *Iam jam albicasset Phæbus & recentatur.* Hoc
est prima Solis claritas conspicitur cælo. Quomodo
*l'aube du jour hodieque Gallis prima cælo oriens
Aurora, quam Hispanis & Italis pariter Alba & Al-
va.* Unde Albus Sol Ennio;

Interea Sol a bus recessit in infera noctis.

Catullus in Galliambo; *Sed ubi horis aureis Sol
vadiantibus oculis*

Lustravit æthera album, sola dura, mare ferum.

Luculenta enim & pura quævis veteribus alba.

Scho-

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 215
Scholiastes Æschyli in Persas; *ἀγνὸν πλὴν βῆν κα-
λεῖ. ἢ διὰ τὸ πῶς θεὸς αἰετὸς βῆς εὐεδοῦν, ἢ διὰ
τὸ πῶς πλὴν εἶναι λευκῶν τὰ γὰρ λευκὰ, καὶ κροταροῦ.
καὶ φωνῶν, καὶ αἰὶ ποταπῶν.*

200. *Quem sibi Roma facit.*] A splendore inaura-
torum ædificiorum. Loquitur perpetuo velut de
Numine quodam. Sic Romanam diem pro omni
ævo dixit Papinius equo Maximo.

— stabit dum terra polusque;

Dum Romana dies.

Et de amplitudine imperii Lucanus lib. 7.

*Ut tibi Nox, tibi tota dies, tibi curreret æther,
Omniaque errantes stellæ Romana viderent.*

Et Martialis lib. 9. Epigramm. 2.

*Manebit ælium Flavia decus gentis
Cum Sole & astris, cumque luce Romana.*

Poëta incertus in Laudibus Claudii Cæsaris.

*Cernitis ignotos Latia sub lege Britannos,
Sol citra nostrum spectatur Imperium.*

Parissimè vero ut hic diem suum proprium in in-
vidiam cæterorum Deorum Romæ adscripsit Ruti-
lius; ita Ver suum peculiare eidem assignavit su-
prà 113. *Vere tuo numquam mulcere desinat annus,
& imbres veris. CXLVIII. Sole suo dives, sed magis
imbre tuo.* Verum penitus talia intuenti homo pa-
ganismi pervicax in odium Christianorum talia
omnia dixisse videbitur; horum enim veritate
ductu emergente, Ritus, Sacra, & Auctoritas Ro-
manarum Cereemoniarum cum ipsa sede & stabulo
Idololatria vilesceret magis magisque; quibus
adesse obliquis suis conviciis. Comes isti Eunupius,
Zosimus, Rutilius volebant. Claudianum nostrum
hinc merito excipimus, qui errore quodam Poësin
putabat turpari mentione Veræ religionis, neque
volebat in descriptionibus fictionibus minor esse
principibus Poëtis. Quid autem de Christo sense-
rit, ex Epigrammatis satis nobis constat. Quæ
quidem alterius ingenii esse credant, qui minus
hunc spectatum cognitumque habent. Neque vero
gene-

generosissimus ille animus & Philosophicis præceptis non ad Superficiem solam imbutus, tulit melioris sectæ & Veritatis affectus, quamvis palam ab Augustino pervicacissimi pagani convitio petitus, ullo modo perfringere suis illis divinis Heroum encomiis, etiam dum eorum mysteriis alienus, ut rabiosi isti Canes, Rutilium, dico, Eunapium, Zosimum, & unum alterumque ejusdem generis, sed ita rem gessit ut pro gravissimo teste etiam ab iis in testimonium citetur, qui ipsi non admodum favebant. Verum prolixius hac de re ad eum & aliis commodioribus locis.

202. *Accensus.*] *Fervens.* Virgilius Ceiri: non metus incensam potius retinere Diorum. Valerius Flac. lib. 4.

— *incensa mente fervuntur*
In medium, sanguis Jovis, & Neptunia proles.

Ruricius lib. 2. Epist. 25. præ obscuritate dictorum non incendit ingenium. Augustinus Confessionum lib. 8. c. 6. invenisse ibi Codicem in quo scripta erat vita Antonii, quam legere cepit unus eorum & mirari & accendi, & inter legendum meditari arripere talem vitam. Papinius Thebaide 6. Presudare parat seseque accendere virtus. Heliodorus lib. 8. *ἄθλιος διακάνει τὸ Σαταράπης θυμὸς καὶ ἀθύρτας ἀμύγαις* eis dixit ἐπιβεβλημίν. Sic Arnobius lib. 1. Ammianus lib. 14. Lucanus lib. 1. Orofius lib. 1. cap. 21. pariter locuti. Quantus autem furor tum magnatum etiam fuerit in Circensibus spectandis, satis declarant temporum scriptores, in primis Tertullianus, Cyprianus, & exemplo Alybii carissimi sui Augustinus lib. 6. Confess. c. 7. Nec non suo quoque idem iisdem libris. A frequentatione autem talium assidua attonitas suas sibi aures fragore illo semper tonuisse intus dicit Rutilius.

203. *Pulsato nota redduntur ab æthere voces.*] per Echo quamdam sparæ & reddita. Horatius lib. 1. Carm. 20. — *datus in theatro cum tibi plausus Chære Macenas eques, ut paterni Fluminis ripa simul & joco-*

sa Redderet laudes tibi Vaticano Moni, imago.

Claud. Pompejana dabunt quantos proscenia plausus

Ad calum quoties vallis tibi Martia duces

Nomen, Aventino, Pallantæque recessu.

Diversa genera plausuum, Bombos, imbrices, Testas, memorat Suetonius Neroni, & illustravit non indiligenter Julius [Cæsar Bulengerus lib. 1. de Theatro c. 51. Vide & notata viris præclaræ memoriæ Francisco Juretto ad Symmachum lib. 10. Epist. 19. Thomæ Demistero Antiquitatum lib. 1. c. 2. & alibi.

203. *Pulsato nota reddentur ab æthere voces*

Vel quia perveniunt, vel quia fingit amor.

In veteribus est

Pulsato nota redduntur ab æthere voces.

Quia de Circensibus clamoribus sermo, nescio an non quid aliud lateat: quod enim Amori sit cum istis clamoribus negotium, non videor videre. Sane Pithæanæ correctioni assentitur Scaliger ad Catulum quoque Barth. *Advers.* xxv. 15.

204. *Quia fingit amor.*] Persuasionem eorum qui tale quid audire cupiunt; Callimachi similem locum notat Scaliger ad Catullum, qui tamen ad Enthusiasum potius referendus est. Et pariter initio Pœmatis sui suavissimus Musæus.

Νῆξ ἐδρὶν τε λῆαν δ' ἐν ὄμας καὶ λίχρον ἀνέω.

Tale enim quippiam à Musis sibi præcini optabat Musæus. Sic Petronius bellum civile cantatus, in ejus specimine;

Cerno quidem geminam stratos morte Philippos,

Thestaliæque rogos, & funera gentis Ibera,

Iam fragor armorum trepidantes personat aures.

Paria etiam apud Papinium, Callimachum in Apollinem, Horatium lib. 1. Od. 15. & alios.

209. *Facundus juvenis.*] Studiorum apud Romanos longè alia ratio erat quam nunc Europæ incolis. Illi enim cum linguæ discendæ nihil temporis deberent, prima studia Grammaticæ, secunda Poësi & Philosophiæ, tertia Rhetoricæ dabant, itaque

rorum statim è cholis inibant ; In juvene itaque laudabant Eloquentiam , & innumera exempla clarissimorum hominum sunt, qui in prima adolescentia causis dicendis claritatem sibi nominis fecerunt mox summis in Republica muneribus admodi. Ordinem illum studiorum pulcherrimè præcipit eloquentissimus & doctissimus scriptor Petronius Arbiter, his præclaris versibus ;

*Sed sive armigeræ arridenti Tritonidis arces,
Sese Lacedæmonio tellus habitata colono,
Sireniumque domus ; det primos versibus annos
Mæoniumque bibat felici pectore fontem.
Mox & Socratico plenus grege, mittat habenas
Liber, & ingentis quasiat Demosthenis arma.
Tunc Romana manus circumfluat, & modo Grajo
Exonerata sono muret suffusa saporem.*

Vides Poësi statim subdita Philosophiam, Philosophiæ Rhetoricam, sub Grammatica omnia intelliguntur quæ ad intelligendos bonos scriptores pertinent. Ut autem Homerum in Græcis sic Virgilium in Latinis litteris omnibus auctoribus proponebant studiosi Romani, ut clarum ex August. lib. 1. de Civit. Dei, ubi Petronii eisdem hos versus pluribus enarravimus.

208. *Palladium.*] Juvenem etiamnum, propinquum suum, ut statim testatur. Plurimum *Palladium* circa hæc tempora mentionem in scriptoribus deprehendas, inter quos an iste sit non dispicimus. Meminit unius Zosimus lib. 5. Alterius, Junii Quarti Palladii Fasti Græci sub anno Urbis MCLXIX. Scribit enim hujus nominis Epistolam primam libri Noni Symmachus. &c. Exstat & hujus nominis scriptor Rusticarum rerum quem observavimus in Adversariorum libris pleraque ex aliis transferere. Is in veteribus membranis, quas Basilææ nuper contulimus, Palladius Rutulus inscribitur, in aliis Rutilius, ut ad genus hujus Poëtæ nostri referte eum possis. Nam quod Ludovicus Vives lib. 3. de Tradendis Disciplinis Hadriani eum

tem-

temporibus adsignat, nescio qui auctoritate nitatur, cum ante eum Augustinus Datus Senensis, vir eo ævo doctissimus, recentioribus annuere. Ut ut sit & antiquus satis est scriptor, quippe ab Isidoro in testimonio productus lib. 17. Originum, ut notavit quoque præstantissimus vir Jacobus Sirmondus ad Sidonium, & temporibus barbaris etiam in pretio non mediocri fuit, cum optimus Agricultorum nominetur à Petro Crescentio lib. 2. c. 15. Qui cum & inter antiquos Sapientes recenset lib. 8. c. 6.

208. *Generis semque decusque.*] Vides Rutilium orbem liberis fuisse, & puto adoptionem aut arrogationem hic minari.

209. *Gallorum ab oris.*] Gallos eloquentiæ & doctrinæ laude eis temporibus nobiles fuisse multa scriptorum loca testantur. Eis arguit eloquentia vetus velut patrimonium Cato Censorius: *Duas res omnis Gallia industriosissime persequitur artem militarem & argute loqui.* Quod ex Secundo Originum citat lib. 1. Carilius. Vide qua notant doctissimi & de litteris immortalis laude optimè meriti Franciscus Juretus ad Ivonis Carnotensis Epistolam XLVI, Theodorus Sitzmannus hoc loco, Petrus Pithæus præfatione in Quintiliani Declamationes, denique Joannes Picardus in Celtopædia, Stephanus Forcatulus in Gallia sua. Juretus etiam ad Symmachi lib. VI. Epist. XXXIV. Hieronymi de Galliarum eloquentibus viris testimonium citant eruditissimi viri, celebratum in eadem rem & à Jona Aurelio ante annos plus septingentos, præmio librorum de cultu Imaginum. Quod vero Petrus Pithæus dicta Epistolâ, & Ludovicus Carrio in Gellium lib. 1. cap. XXI. Juvenalis versum producant — *nurticula caussidicorum Gallia,* — Sciendum est memoria utrumque deceptum esse, Africa enim ibi nomen in omnibus Juvenalis libris offendimus. Sat. VII. V. XLVIII.

210. *Missus Romani discere Jura fori.*] Græcismus

K 2

prin-

principibus Latinis scriptoribus usitatus, quem juvat illustrare productis exemplis, non enim injucunda res, etsi multis visa facilis, non tamen adeo ut quivis eam præstare possit. Virgilius Ceiri,

Tamque redit patrios ascendere perditos muros.

Claudianus Gigantomachia. Undique concurrunt arcem defendere cives. Themistius *διχαρεισησις*: ἀπειδὴ ἄνω γέμεται διαπεράζατο χωρίον π. Divus Matthæus cap. iv. ἐξήλθε μωδῶσαιδαι ἐρηά. Theognis Gnomologia; *τετραφάται πικρῶν εἰς κακότητα πρῶτον*. Apollonius libro iv. *Δῶκε δ' ἀνικρόν τοι λάσωνα πῆμα γαῖδα*. Virgilius— ille suo moriens dat habere Nepoti Valerius Flaccus lib. iv. *ditem volat equore Memphim præcipere*. Tertullianus ad Scapulam; *scrupulo percussus inquirere accenditur*. Plura ad Claudianum Belle Gildonico.

211. *Dulcissima vincula una.* Cuna & cuna habent omnes veteres Editiones. Ait Poëta doctissimus ab ipsis cunis amorem sibi Palladii inolevisse, non quidem Rutilii ipsius, sed Palladii cunas intellige, quem & filium affectu eadem sententia appellat. Michael Virdungus & Theodorus Sitzmannus, *curus* substituunt; me quidem invito, perspicimus enim singularem numerum Cuna in corruptionem veteribus librariis, qui cunæ scripserunt, quod aliud monstrum recentiorum oculis obijcit ansam dedisse. At veteribus erunt *Cunam* dici consuetum satis idoneus auctor credendi Philoxenus in Glossario cum ait *Cuna & Cunabulum, βαβαλιστήριον*. *Cunabulum* autem, quod & ipsum vulgo non exstat, habemus & in Glossario Cyrilli. Quare satis causæ nobis quare viris doctissimis in eorum correctionem non assentiamur, cum alioquin in hoc Poëta ferè omnia à vulgo semota appareant, ut cui cum Superstitione & Sermo præfæ Romæ penitis medullis inoleverit, quod de Honorio ait Claudianus.

213. *Aremoricas Pater Exsuperantius oras.* de Aremorica eo tempore vastata vide quæ notat doctissimus

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 221
 Atissimus Browerus ad Venantii Fortunati librum III. carmine Sexto.

214. *Pacis amore.* Citra ullam controversiam verissima lectio est quam excogitavit, optimus, eruditissimus, & mihi peramicus vir Theodorus Sitzmannus— *pacis amare docet*. Docet oras Aremoricas amare postliminium pacis. Pax enim post crudeles Barbarorum populos, asertore aut præside Exsuperantio, gratior erat afflictissimis Galliarum populis. Jure autem Postliminii redire dicitur quod restituitur ex captivitate velut hostili. Joannes Saresberienfis Metalogici libro I. cap. V. *Verum tamen fumus iste cito evanuit, & prædictorum opera magistrorum & diligentia, redierunt arces, & quasi jure Postliminii, honorem pristinum nactæ sunt, & post exsilium gratiam & gloriam amplioem*. Pariter pax à barbaris in exsilium missa apud Rutilium nostrum. In Glossario Basilicorum à Carolo Labbæo luci donato. *ποσλομνιον*. επωδελαις ποστρεας καταπλοσας exponitur. Ubi *ποσλομνιον* scribendum est, cum nota productæ syllabæ supra dicta omicron illum fuerit enixa. Postliminium autem jus ipsum, est quo restituntur in omnia sua pristina qui ex hostium potestate in urbem vel ad suos redibant, nisi si hostibus reditum jurejurando promississent, tum enim postliminium justum non erat, vide Gellium libro VII. Noct. Att. cap. XII. Parisimum autem huic postliminium Ecclesiasticæ Pacis apud Tertullianum libro de Pudicitia cap. XV. *Si etiam sequentia illius Epistola ad intentionem (sic legendum) Apostoli extendas, nec ipsa comparabuntur ad obliterationem incesti, ne & hic suffundatur Apostolorum posteriorum incongruentia sensuum*. Quale est enim ut cum maxime incesto fornicatori postliminium largitus Ecclesiasticæ Pacis, statim ingesserit de aversatione immunditiarum, de amputatione macularum, quasi nihil contrarium paulò ante decreverit. Explicat autem sese Rutilius sequenti disticho.

216. *Servos famulis non sinit esse suis.* Getas seu

Gothos dicit gentem etiam Comicorum fabulis servilitatis olim notissimam. Non potes sine nota negligentia supina facere quin in hanc rem legas doctissimam dissertationem Christophori Broweri ad carmen Venantii Fortunati Sextum, libro III. quam & modo laudavimus.

218. *Redditus atra color.*] Colorem enim rebus nox abstrahit quam reddere lux rediens dicitur. Virgilius libro VI. — *ubi cælum condidit umbra Juppiter, & rebus nox abstulit atra colorem.* Favonius Eulogius elegantissimo & doctissimo Commentariolo in Somnium Scipionis apud Cicero- nem, libello ab Andrea Schotto amico nostro, præstantissimorumque in bonum publicum merito- rum in lucem edito: *Nam color qui veluti novus accedit à perisique non naturis corporum sed lucis jacti- bus impressionibusque tribuitur. Unde illud recte Virgi- lius, — & rebus nox abstulit atra colorem.* Contrarium ei rei videtur probare Heliodorus Larissæus in Opti- cis, à Frid. Lindebrogio editis, nimirum non afferre sed invenire oculos colorum diversitates, cui sanè & nos potius accedendum arbitramur, ut in rebus colorem esse tradit Macrobius lib. VII. Saturnal. XI. v. vel potius auctor vetustior ab ipso descriptus, ut in more habet Macrobius. Lege Nemesium de Homine cap. VI. I. Res ipsa utcumque ambitiose & doceatur & confutetur suos sibi semper & assertores & destructores habebit, cum per rerum naturam & ingeniorum humanorum imbelliam nihil in talibus statui possit quod non & subverti. Poëtis quidem testatum habetur Solem colores rebus inducere. Si- lius lib. X. — *atque sui terra rediere colores.* Drepanius Florus, doctus & acutus Christi vates.

Atque dies varios distinguens luce colores.

Hilarius in Genesi, his pervenistis versibus.
*Insequitur nox atra diem, densaque tenebra
 Corporibus somnos qua ferrent, otia fessis,
 Et cunctis unam faciem, similemque figuram,
 Namque dies variè rerum discriminat ora*

Et

Et dat cuique suum, disiecta nocte, colorem.

Paulinus Nolanus, Natali VI. Felicis sui.

*Noctis & extrema fuga, marcescentibus astris,
 Cæperat ambiguos rerum referare colores.*

Hæc ex Quinto Adversariorum cap. VII. quo to- tum Favonium recensemus, transcripsimus. *Dis- cipi tuis tæ xxi.*

217. *Dubio quo tempore.*] Nec diurno adhuc, nec amplius nocturno. Elegantissimè Papinius lucem adhuc hebetem vicina nocte vocat Thebaide Quintâ Vide infra notanda.

219. *Per littora proxima cymbis.*] Primus navi- gandi timor legere littora suadet. Nemesianus Cy- negeticus.

— non magna ratis vicinis sueta teneri

Littoribus, tuisque sinus percurrere remis,

Nunc primum dat vela Notis

222. *Mobilitate.*] Celeritate. ait minuta navi se- se autumno vela facere maluisse, quam oneraria aliqua grandi. Vide ad II. Raptus.

223. *Alsi prælegitur tellus.*] præleguntur & le- guntur prope quæ inter decurrimus. Isidorus lib. X. Originum: *Lector à legendo dicitur, hoc est, per- currendo: Unde & navis dicitur legere quicquid tran- sit. Quem laudavimus & in Animadv. ad nostrum Poëtam.*

227. *Stringimus exesum & fluctu & tempore ca- strum.*] Ita edidit Petrus Pithæus, cum loco rō ex- esum lacuna sit in prisicis editionibus. Sic scribes — *exesum fluctuque & tempore* — Tempus edax rerum. Contenti esse possumus hoc Catone.

227. *Stringimus exesum & fluctu & tempore ca- strum*] Vox *exesum* à Criticis est. Nam in editioni- bus prisicis lacunam videas hujus loco, & versui præ- terea adversaria est. Adjici poterat vocula.

Stringimus hinc exesum.

Sed in talibus scriptis codicibus opus omnino est. Barth. *Advers.* xxv. 15.

228. *Semirut.*] Sic sæpè Poëta de ædificiis par- tim

K +

224 C. BARTHII AD
tim dirutis partim exstantibus. Sidonius lib. III.
Epist. II. *Cum tu sanctum pedem semirutis manibus
intulisti.* Lucanus lib. I. *At nunc semirutis pendent
quod mania testis.* Idem lib. IV. — *semirutus magna
Carthagine arces* Statius Sylv. V. *Exfere semirutos
subito de pulvere vultus Parthenops* — Pariter alii.

230. *Qui pastoralis nomina fronte gerit.* Panis aut
Faunij statuum loci illius præstitis superesse dicit.
Est autem mutatio vocum vicinarum: dicendum
enim erat. — *qui fronte gerit pastoralia nomina.* Ut
solent boni scriptores. Vide ad Claudianum Nuptiis
Honorii, & libro XLIII. Adversariorum nobis
conscripta. Sciendum autem Inuum Deum hic in-
nuere Rutilium, pecoribus ab antiquis præfectum
cujus nomen Statua illa & castrum Inui servaverit.
Arnobius lib. III. *Armeniorum & pecorum gregibus
Pales præsum Inuusque custodes, & cur sava contagia
& pestilentes morbos ab æstivis avertere cessatione ini-
mica non curant?* Eo innuit verbum inui mox posi-
tum.

233. *Pan, Mœnala.* Mœnala mons Arcadia, Pa-
ni Sacer. Vide Zachariam Calliergum, Scholiasten
Theocriti Idyllio primo.

236. *Fingitur in Venerem pronior esse Deus.* Saty-
ri fingebantur in Venerem indomiti. Scholiastes
Theocriti Idyll. IV. *ἀνοχταίς οἱ Σάτυροι ἰπῶτων.
λέγεται ἢ ἀπὸ τοῦ σαθῆ. Σάτυρ ἢ τὸ μέγεθος τῆ ἀνδρὸς
δοκῶν καὶ πρὸ λέγεται. Οἱ Σάτυροι καὶ οἱ πᾶνες διέ-
τιθοῦσι πορὸς τὰς συνέστας, ἢ ἢ οἱ Σάτυροι τοῖς
τοῖς, δὴ λὼν ἀπὸ τῆ ὀνομασθῆ ἀπὸ γὰρ τῆς Σάτυρος πε-
ποίηται ὁ Σάτυρος. σαθῆ ἢ εἰς τὴν ἑπιθυμίαν ἐπι-
πύωσι.* Gariopontus scriptor vetus de Cura Mor-
borum libro III. cap. LXVIII. *Satyriasis dicta est à
Satyris, quos pronos in Venerem fama vulgavit.* Vide
Aretæum lib. II. cap. XII. Calium Aurelianum
lib. III. cap. XIX. Acutarum, & alios medicos.

239. *Amphitheatrum* Montibus æquor clauden-
tibus, ut solent spatium inclusum amphitheatra,
quam arenam dicunt veteris. Sic Virgil. — *um*

silvis

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 225
*silvis scena coruscis Desuper, horrenique atrum ne-
mus imminet umbra.* Aufonius in Mosella;

*Qua sublimis apex longo super ardua tractu
Et rupes, & aprica jugi, flexuque sinuque,
Viribus assurgunt, naturali que theatro.*

240. *Insula facta.* Manu facta, non nata, sed opere
humano composita. Sic argentum aurumque factum
nativo opponitur. Est vero pulchra Portus marini des-
criptio, cui similem in Epigrammatis Claudiani
meminimus hanc:

*Urbs in conspectu montana cacumina velat
Tranquillo præsentia mari; ducentia portum
Cornua, pacatas removent Aquilonibus undas
Hic exarmatam terris cingentibus aquor
Clauditur, & placidam disceit servare quietem.*

245. *Sinus invitatus in ades.* Elegantissime, &
nemo principum Poëtarum acutius moliusque hoc
protulisset. Placidam enim derivationem undæ in-
nuit & talem quæ grata acceptaque sit omnibus. Sic
de inanimatarum rerum naturali gratia eodem ver-
bo usi sunt summi scriptores. Ovidius;

— *invitat somnos crepitantibus unda lapillis.*

Lucretius lib. II.

— *repetant pecudes quo quamque vocantes
Invitant herba gemnantes rore recenti.*

Idem de atrorum ignibus libro V.

— *sive ipsi serpere possunt.*

Quo cuiusque cibis vocat atque invitatus eunteis.

Virgilius Georgico IV.

Invitant croceis halantes floribus horti.

Invitatio sinus placidam inductionem deno-
tat. Ait sinus seu lacus in ipsa ædificia ductos, iis-
demque clausos, ut fluctus profusus nulli in iis ap-
paruerint, sed instar stagni aqua confiterit. Sic
mox apud Neapolim piscinas aut alia loca natatui
apta describit.

247. *Euhoicis.* Neapolitanas piscinas dicit. Erant
enim Romani in nando etiam cupidi marine falsæ-
que aquæ, Martialis libr. XI. Epigramm. XXII.

K 5

Hanc

Hanc in piscina dicor subisse marina:

Nescio, piscinam me subisse puto.

Idem libro IV. Epigramm. IV.

Quod sicca redolet palus Lacuna,

Piscina vetus aura quod marina.

Idem libro XII. Epigramm. XXXII.

Fuisse gerras aut inutiles mœnas

Odor impudicus urci fatebatur.

Qualem marina misit aura piscina.

Unda captiva in natatibus, undam natantem pariter dixit Manilius, & natatus legimus apud Papi-
nium Balneo Etruscii. De Euboica Neapoli notus
versus.

Euboicas referens secunda Neapolis arces.

248. *Sustinet alterno brachia lentâ sono.*] Natantem
describit. Et aquam quietam quæ ferat natantem,
nullis fluctibus inquietata. Porro in antiquissimis
hujus Poëtæ editionibus asterisco superior versus
notatus est. Et revera seriem narrationis intuenti
deesse aliquot disticha videntur, ne & hic prior li-
ber effugerit scilicet fati scavitatem; cui tamen pos-
terioris tam immane damnum sufficere poterat, ut
opinor; ne Poëta hic ultimus eorum quos verè Ro-
manos dicere possumus, cæteris hujus notæ felicior
esset. Ultimus dico Romanorum, nam *Corippum*
quod quis fortè rogerat, nihil illius genius ad istum,
spirantem vivum florem Latii, quem ille nec asse-
cutus est, & si quid ejus assecutus lento quodam &
finem trahente dicendi genere quodammodo insuf-
cavit.

254. *Qua melius parte petantur aqua.*] An propter
saporem, an odorem. Odoris cum meminit, qui
in sulfurata aqua sanè insuavis ut vel Claudianus
refertur, scribendum superius indicat, *Lymtave*
fumifico—Ut neget eam aquam sulfuris quid
trahere, quod sanè mirum in ea quæ sit natura sua
calida.

253. *Mollisque sapor.*] Delicatus, minimè auste-
rus. Sic vinum molle est austero, abhorrido, contra-
rium,

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 227
rium, apud Cælium Aurelianum & alios rerum
Medicarum conditores.

255. *Flagrantia Taurus.*] *Flagrantia* pro calidis
dicit, ut incensiva medicamenta idem Cælius Au-
relianus vice valde calidorum. Pleraque vero ther-
mæ naturales debentur animalibus, ut sunt in Ger-
mania nostra quæ canibus & porcis inventæ perhi-
bentur.

255. *Credere si dignum Fama.*] Præfatio solemn-
is in rebus paulo incredibilioribus, cum Fama omnia
augeat.

257. *Pugnam praludere glebù.*] Expressit Virgilium.
Georg. 11.

—*atque irasci in cornua discit,*

Arboris obnixus trunco, veniosque laceffit

lætibus, & sparsa ad pugnam praludit arena.

Pralusio autem pugnae ab exercitiis tironum Ro-
manorum est desumpta, qui quæ in conflictu agen-
da erant ad palum prius in campo docebantur, qui
Ludi militares, & simulacra belli cum cæteris ar-
morum exercitiis à scriptoribus dicuntur. Manilius
libro V. Avienus Perieg.—*venit ergo ad flumina*
Gangis Discursuque sacro praludit pralia Liber. Sunt
quibus & simulacra placent, & ludus in armis. Vul-
catus Gallicanus in Avidio Cassio. *Ita ut sagittas*
mitterent & armis luderent. Claudianus IV. Conf.
Hon.

Cum veltaris equo, simulacraque Martia ludù,

Gellius lib. VII. cap. III. *sed non proinde ut in de-*
cursibus ludicris aut simulacris praliorum voluptariis
fieri videmus, sed quasi in ancipiti certamine, cum sparsa
acies est, multis locis Marte vario pugnatur. Livius
lib. XXIX. *postero die terrestres navalesque exercitus,*
non instructos modo, sed hos decurrentes, classem in
portu simulacrum & ipsum edentem navalis pugnae ostendit.
Imaginem belli vocat Rufinus apud Josephum
lib. XIX. cap. VII. Instituit apud Romanos hoc
genus exercitationis. P. R. utilius. Valerius Maximus
lib. II. cap. III. *Armorum tractandorum meditatio à*

à P. Rutilio, Cn. Malli collega militibus est tradita. Po enim nullius ante se Imperatoris exemplum seculus ex ludo Cn. Aurelii Scavri doctoribus gladiatorum accersitis vitandi atque inferendi iectus subtiliorem rationem legionibus ingeneravit, virtutemque arti, & rursus artem virtuti immiscuit, ut illa impetu hujus fortior, hac illius scientia cautior fieret. &c.

260. Dona.] Citra laborem enim humanum deorum sola velut donatione proveniunt mortalibus. Pulchrè Claudianus in eam salutem vocat.

Salve Paonia largitor nobilis unda,
Dardaniæ salve gloria magna soli.

Publica morborum requies, commune medentura
Auxilium, præsens numen, in eam Salus.

Ejus Aponum, divinam Elegiam, cum his conferas.

261. Gaudia.] Concubitum, quem incumbentem confixionem ex re ipsa definit, licet in alio negotio, Calius Aurelianus Acutarum lib. III. cap. VI. Eum gaudii nomine scriptores circumloquuntur. Vide ad Claudianum priore in Eutropium.

262. Sollicitavit.] Blandiendo impulit ut sese infideret.

264. Pecudem.] Equum. Ita ad differentiam Armentale pecus infra tantum dicit. Apud Plinium Valerianum Medicum Veterem, quem in Adversariorum libris totum recensuimus. pro vacca strictius & quodam ejus velut privilegio sumitur.

265. Nymfas.] Rectè correxerunt lymfas. alterum enim βαρβαρίζεις.

267. Spiracula.] Ante terra exhalantia. Virgilius savi spiracula Ditis, tamquam spiritum per ea duceret.

268. Carmine Messala nobilitatus ager.] Hic est Flavius Valerius Messalla, à Symmacho & Sidonio celebratus, ut ad istius Carmina notat vir numquam satis celebrandus Jac. Sirmundus. præclarorum Antiquitatis operum & Restaurator & illustrator.

271. Hic est qui primo seriem de Consule ducit. Extat in Appendice Virgillii Elegia lacera transpositionibus, lacunis, & mendis obsita in Messallam, quam respexisse his versibus Rutilius videtur.

Sic enim inibi scriptum superest:

Illo quo primum dominatus Roma superbo
Mutavit placidis tempore Consulibus.

Multa neque inmeritis, donavit præmia alumnis

Præmia Messallis maxima Publicolis.

273. Nutu prætoris arexit.] Cum charum subditis principem, illosque ipsi lubenti animo parentes præpingere voluit scriptores, nutu ipsius obsecundare dicunt. Curtius lib. III. de Alexandri milite; vir viro, arma armis conferta sunt, ad nutum monentis intenti. Claudianus IV. Conf. Honor. Qui modo tam densas nulu movere cohortes. Jornandes Geticus cap. xxxiix. Turba Regum diversarumque nationum duces nulis Attile attendebant, & ubi oculo admississet unusquisque adstabat. Aristides de Romanorum principibus. πάντα δὲ ἐξ ὀπιτηματός καὶ νεύματος τελευταίου βῆλον, ἥπερ ἀνὰ χειρὸς ψήλας. καὶ ὅτε γένεσθαι δὲν δότο χροὶ δὲ εἶναι καὶ πρὸς αἰσθητικῆς καὶ ἀσπερ μίαν χροῖα συνεχῆς, καὶ ἐν οὐλον ἀπαντα ὑποαροῦσιν σιωπῇ. Theophilus Medicus, vel Theologus potius, quippe cujus universus scribendi scopus Theologicus est lib. 1. de Fabrica Hominis. Dei solonutu omnia facta pariter dicit. ὅτι μὲν πάντα τὰ ζῷα, τετραπόδα καὶ ἑρπετὰ, πνινατὰ καὶ ἕνδρα τῆ ἐκείνου τῷ θεῷ γέρονται εἶναι δότο τῆς θεῶν γέροντος. Acta tertii Concilii Oecumenici apud Nilum lib. II. de Primatu Papæ. ἡ ἀγία σύνοδος, ἡ χερσὶ θεῷ καὶ νεύματι τῷ ἡμετέρῳ κερσῶς, Theodosii & Valentiniāni, συναχθεῖσιν ἐν τῇ Ἐρεσίῳων μητροπόλει. Ennodius Panegyri. Theodorici.

275. Sedem.] In pectore nimirum hominis boni. Quo pertinet Catonis Censorii definitio Oratoris. Orator est vir bonus, dicendi peritus. Aggenus Urbanus Commentario in Julium Frontinum de Limitibus.

bus. Totum autem iudicandi officium, hominem bonum, justum, sobrium, castum, & modestum exigit. Fortunatianus libr. 1. Rhetor. Et ad hæc diferti homines in iudiciisque versari ducebantur. Sic viri boni definitio ad scientiam causarum extenditur. Horatius libr. 1. Epist. XVI.

—vir bonus est quis?

Qui consulta patrum, qui Leges, Iuraque novit,
Quo multa magna que secantur iudice lites,
Quo responfore & quo causa teste tenentur.

275. Sedem.] Pectus nimirum Messalla. Claudianus de Stilicone & Clementia.

Hæc Dea pro templis & thure calentibus aris
Te fruatur, posuitque suas hoc pectore sedes.

Vide plura eo pertinentia ad Augustinum libro 1. de Civit. Dei cap. X.

277. Crepuscula celo.] Non verum est quod Grammaticorum filii notant crepuscula vespertinum tantum tempus designare. Tam enim hic matutinum, & quidem potius, quam vespertinum iudicari potest. Sic apud Paulinum Natali VI.

Iamque rubescabant rumpente crepuscula mane
Noctis & extrema fuga, rarecentibus astris
Luce sub obscura, vel sub lucentibus umbris,
Cæperat ambiguos rerum referare colores.

284. Fluctuat umbra fretis.] Reddente mari per umbram arborum effigies, Claudianus de facibus Cereis. III. Raptus.

—quocumque it in aquore fulvis

Adnatat umbra fretis

Silius Italicus libro 11. Punicorum.

Ardent tota Deum, respondet imagine flammæ
Æquor, & in tremulo vibrant incendia ponto.

292. In sua bella grues.] Latinius dixisset— ipsorum nam de Pygmæis sermonem movet, si quidem fides Grammaticis. Nos vero & optimos scriptores sic locutos observamus, & in eorum imitationem post ævi Christiani plurimos. Sic Cornelius Nepos in

Atti-

Attico: Antonius autem est tanto odio ferebatur in Ciceronem ut non solum ei sed etiam omnibus suis amicis esset inimicus. Hoc est ipsius amicis. Lucanus lib. V.

Pompejumque fugit, que vox sibi proxima venit
Insonnis, viduo tum primum frigida lecto.

Ipsi dicendum erat cum vulgo. Martialis libr. V. Epigr. LXXXIX.

Profecit potio Mithridates saepe veneno
Toxica ne possent seva nocere sibi.

Ipsi videlicet; non enim periculum erat ne sibi ipsis, instar Basilisci alicujus, toxica nocerent. Silius Italicus de Legatis Carthaginensium, libro XVII. Punicor.

In quam se referant patriam, suaque inclita facta
Commemorant

Hoc est ipse Annibalis. Ipsi enim de se Legati non poterent dicere—quas strages Italis oris fecerint. Sæpè sic Hirtius sive quis alius auctor, filii Militaris, libri de bello Africano. Prologus in Plauti Menachmos, antiquissimus certè,

Ita forma simili pueri, ut mater sua

Non internosse posset, cui mammam dabat.

Ambrosius contra Symmachum; Quod Roma veteres suos cultus requirat, & quod sacerdotibus suis, Virginibusque Vestalibus emolumenta tribuenda sint. Hoc est Urbis ipse Antistitibus Phabadius contra Arianos; Quis cognovit spiritum Domini, aut quis Consiliarius ejus fuit? Nemo utique sed (Legesit. ex breviatione) extra Spiritum suum nemo. Ipsi Dei Spiritum intellige. Vincentius Lirinensis Commonitorio; Tempore Donati, a quo Donatista, cum sese multa pars Africa in erroris sui furias precipiaret. Hæretici videl. ipsius Donati. Eucherius Homilia VIII. de Pascha: Ab eo ergo facti atque reparati, nunc impensius exsultemus in beneficiis suis. Ipsi Domini Dei. Joannes Maxentius Responsione ad Hormisdam: recti tramitis indicia nulla tenus acquirere demonstrare; eosque quos Legatus suus Dioscurus Nestoriana perfidia laqueis

laqueis compedivit, nullo salubris doctrina suffragio liberare. Eucherius ad Valerianum; *In Deum confer Amorem tuum, quia & quicquid nunc amas, suum est.* Petrus Pictavenfis:

Vobis nosse datum est quanam fuit illa suarum Virtus, qua meriti gratia tanta sui,

Bacchiarus ad Januarium de Lapfis: *os illius ne confabuletur iniqua, manus illius ne operentur adversa, pedes illius ne vagentur in turpibus, & sic cum pro custodia sui membris membra tua fuerint copulata, &c.* Hoc est custodia ipsius. Augustinus Confession. lib. V. cap. XIII. de Ambrosio; *Et studiose audiebam disputantem in populo, non intentione qua debui, sed quasi explorans ejus facundiam, utrum conveniret fama sua.* Hoc est Ambrosii, de ipso vulgo ubique dedita. Faustus Reienfis lib. 1. de Libero Arbitrio: *Itaque ut possit asserere parvulos baptismo non egere, generale peccatum negavit, quo negato hic ordo erroris sui (ipsius) fuit, ut unde mors esset generata, nesciret.* Ruricius libro II. Epistola II. *Quia dum vobis exhibet fidem nobis tribuit benedictionem, & licet fuerit vigilantissimus inspector, importunissimus exactor, districtissimus executor, levitia tamen hac non omnia Gratia vestra & sanctitatis sua ponderatione, pensavimus.* Corruptor Ilatii libro 1. Chron. Vespasianus Capitolium adificavit, Germanos rebellantes superat, & Avenicum civitatem adificari precipit. A Titio Filio suo postea expletur, & nobilissima in Gallia Cisalpina efficitur. Gerbertus Epistola XVII. *Qui status regnorum penes vos sit scire cupit, & an Hugo quem vestra lingua Abbi Comitem dicitis uxorem duxerit. Qua sua sunt nostra putate, & ne vestra gratis appetat, quid sui vobis placeat significate.* Idem Epist. XXII. *Imperatricem nomine meo convenite, Reges Francorum filio suo favere dicit. Ipsius se Reginae. Petrus Damianus in suo sibi Epitaphio.*

*Si memor, oro, mei: cineres pius inspic Petri,
Cum prece, cum gemitu dic: sibi parce Deus.*

Dugalus contra Claudium Taurinensem: *Qui*

imaginem Christi & Sanctorum ejus pingunt & venerantur pro amore & honore Salvatoris & Redemptoris mundi & suorum electorum, &c. Adrevaldus de Translatione B. Benedicti. cap. VI. *nam Omnipotentis Dei potentia tenebrarum densitate ita eos occuluit ut sibi (ipsi) quidem nihil obesset, persecutoribus autem omnem facultatem inventendi eos auferret.* Et hac prolixius haecenus ob paedagogorum cavillos, non quod imitanda putemus, sed ut sine errore etiam in optimis scriptoribus legi videamus. His qui contentus non est plura videat apud Casarem Scaligerum de causis Linguae Latinae cap. 130. Ipse Rutilius pariter infra.

Mens invicta viri pro parvis magna tuctur,

Pro parvis animo magna fuere suo.

294. *Mellior aura.*] Remisso diurno calore, & vehementia Solis Historias Lepidorum quae sequuntur enarrare sane non vacat, cum omnibus in manibus sint libri unde peti possint. Nec nos Commentaria scribimus, quibus omnia vulgaria infarciamus.

300. *Qui gessit sociis impia bella tribus.*] Duobus sane tantum sociis, Augusto videlicet & Antonio; quibus accedebat tertius ipse Lepidus, sed duobus ignavior. De modo hoc loquendi, ut tertius & seorsim & reliquis connumeretur vide quae scripsit vir praclarissimus, & ab his etiam litteris laudae omni dignissimus Joannes Rutgersius, Variarum lib. 1. c. 8.

300. *Qui gessit sociis.*] Barthius Adversar. L. VI. c. 26. in vetustissima editione sociis legi ait.

305. *Irreperere regno.*] Dolo se Caesaribus inlerere, tamquam sola illa domus regnare debuisset. Sic irreperendi verbo usi plures scriptores, clam aut dolo actam rem significantes. Petronius Satirico dum dicit patrem excitabo, irrepsit tamen, &c. Claudianus 1. Eutrop.

—quis non irreperere sacris
Obsequiis doluit toties venale cadaver,

Terentianus Maurus. *Qua potius tamen obrepens incepta peregi. Tacitus Annal. 1. dabat & fama ut vocatus electusque potius à Republica videretur quam per uxorum ambitum & senilis adoptione irrepsisse.* Hilarius Senior in Fragmentis Historicis, ultimo Petri Pithai in litteras beneficio: *Fides que apud Nicæam ordinata est omnibus undique, quibus irrepere Hæretici solent, aditibus obseratis, inviolabili inter patrem & filium soliditate connectitur.*

Vigilius Martyr lib. 1. contra Eutychem; *talium sententiarum fraudulenta subreptio libertatem Catholicæ fidei nititur captivare.* Marcellus Empiricus præfatione de Medicamentis: *ne aut casus incidat, aut malignitas alicujus obrepat quæ benivole & sincerè parata corrumpat.* Tibullus.

Et possum media quamvis obrepere nocte;

Et strepitum nullo clam referare fores.

Aquilius Juvencus lib. 1. Hist. Evangelicæ;

totum fallaciter agro

Suggestit obrepans animo vis tetra veneni.

Prosper Aquitanus de Promiss. & Prædict. lib. 3. cap. 38. *Eutropius quoque præpotens plurimum anima & mente paganus cum in contumeliam Ecclesiæ edicium obrepsisset ab Arcadio Christiano Imperatore sculpere, divino judicio sua sententiæ prior ipse propinatus est.* Aponius lib. 2. in Cantic. *Cantic. ubi nullus turbidarum cogitationum clamor, adulterii in illa nulla subreptio, nulla pervagatio oculorum, ciborum nulla concupiscentia transcendit certum terminum constitutum.* Victor Tunnunenensis in Chronico: *Iustinianus Imperator Acephalorum subreptionibus instigatus Vigilium Romanum Episcopum subtiliter compellit ut ad urbem regiam properaret.* Fulgentius ad Thrasimundum lib. 1. cap. 4. *Certum est autem penè omnes hæreticæ pravitate errores hinc quibusdam multipliciter subrepsisse dum magnam pietatis Sacramentum omnino non credunt.* Gualterus in Vita Caroli Flandri cap. 52. *quod ipse ab eodem Guilielmo qui jam per surreptionem hominum fecerat, diffiduciaretur, timere capis.* Auctor ipsi

ipso ævus in Vita Henrici Quarti: *Sed quid mirum si maligna surreptio seductilem & immaturam etatem decepit, cum etiam senes & fixum animi statum ad malum & mala consilia nonnunquam inflectant?* Talia nos volentes pluribus notamus quia facilius adscribuntur quam nobis de memoria nostra quam aliis constipantur magna industria. Historiam vero Lepidi hujus de quo loquitur Rutilius noster, ex observatis summi viri, & qui cum primis suo ævo litteras Latinas luci restituit, Justi Lipsii, illustravit hoc loco Th. Sitzmannus.

307. *Nunc quoque, sed melius de nostris fama queretur.]* Sensus esse debet. Nunc quoque de impiis illis Lepidis fama queretur, qui ut melius vulgò noscantur, utque eorum malos mores pejor etiam rumor sequatur, nostris carminibus laborabimus. Scriptura vitata sic forte restituenda. *Nunc quoque, sed melius de notis fama queretur.* Dicit illud quod modo posui, sua opera notiores futuros illos Lepidos. Tamen cum cogito neque in vulgata lectione absurdi est quippiam. Sic enim distinctio collocanda videatur.

Nunc quoque: sed melius de nostris fama queretur, Iudex posteritas semina dira notet.

Scripturus erat de suorum temporum etiam Lepidis, parum ex sententiæ ipsius rem gerentibus; verum melius ait posteritatem illorum meritis digna convicia repensuram, cum scelera in minores hujus familiæ velut cum ipso semine descendant. Obscura sunt istorum nebulonum gesta, neque nos historias temporum commentamur.

309. *Nominibus certos.]* Quæstio an nominibus sceleratorum hominum hæreant mala fata ad Nepotes, an vero Providentiâ quadam nomina moribus accedant, præcipue cum familiæ integræ iisdem moribus celebrentur. Certum quidem cum semine mores transire in sobolem, & contrariæ tamen historiæ creberriam. Eo pertinet Proverbium, *κακὸν νόσος κακὸν σπέρμα*, quod apud Zenobium, Diogene-

nianum, Suidam, reperias. Lege præter ceteros huc pertinentia apud summum Christiani nominis Poëtam in Apotheosi.

312. *Recidit.*] Producitur syllaba, aliis correpta. Et voculam sive syllabam hanc Antiquitas multis locis communem habuit. Exempla notavit aliquam multa doctissimus Gifanius ad Lucretium, etiam hujus recidere. Vide & Analecta nostra Poëtica.

313. *Nec dum decessis pelago permittimur umbris.*] Ita rectissimè correxerunt viri docti. Veteres permittitur. Decessit umbræ quæ jam decesserunt, quilibet verbis pluribus paupertas Latina caret. Sic excessus apud Cælium Aurelianum lib. 2. Acutor. cap. 36. *Modicus enim sudor bonus, immodicus malus accipitur; sed denique sudantes, excessa moderatione, diaphoresin incurrerunt.* Eleganter autem decessis. Quia per vicem decedunt nox luci, Lux rursus nocti. Appulejus lib. 8. *Sed ubi Sol tandem nocti decessit, ex imperio charites adornatus & nutricis captiosa vigilia deceptus irrepti cubiculum, pronus spei.* Velut Statione debita. Pariter *successa mihi omnia velis, dixit Ciceronis Filii lib. 16. Familiarium Patris, Epistola 21.* Sic alia quoque usurpantur, vulgo minus cognita, quæ & partim perperam mutantur, ut *Defectus annis pro deficiente, apud Phædrum, Appulejum, & alios, ut ad illum notavit doctissimus Rigaltius Fabula 21.*

313. *Nec dum.*] Noctæ nondum eunte in diem, ut loquitur Appulejus.

314. *Natus vicino vertice.*] Scribendum puto vertice. Nam auram vicinis montibus velut descendentem pulchrè & ex re ipsa intelligit. Quamvis enim non pascantur auræ in montibus, nasci tamen navigantibus videntur, & inde velis allabi, ut ipsimet experti sumus.

318. *Ter duodenapater.*] Mons videlicet millia. Nec mutandum aut dubium quicquam in his versibus, licet veteres editi asteriscis scateant.

320. *Ionias bimari.*] Corinthiaci sinus descriptio. Vide Marcianum Heracleotem in Periegesi, Eustathium ad Dionysium & Alios Geographos.

321. *Dispendia.*] Non ad compendium viæ velut collocata. Cum enim via tenenda sit, sparsæ hinc inde rupes, eam quidem non tollunt, sed dum circumvehendæ sunt, dispendiosam faciunt. Estque à dispendendo proprie dictum. Lucanus lib. 8.

*Iam super Herculeas fauces, nemorosaque Tempe
Hæmonia deserta petens dispendia silvæ
Cornipedem exhaustum cursu, stimuluque negan-*
tem

Magnus agens, incerta viæ vestigia turbat.

322. *Sinuosa cura.*] Habeo veterem editionem hujus Poëmatis, ubi manu cujuspiam eruditissimi viri adscriptum huic loco est, intelligendam Curam velorum, quam vento incumbente, navigio circum rupes per dispendia viæ non mediocrem adhibendam fuisse liqueat. Quæ observatio non videtur prorsus contemnenda, præcipuè ubi sequens distichon accuratius inspexeris.

323. *Quæ non profuerant.*] Benè emendarunt nunc profuerant. Latinius autem legatur jam.

324. *Totiens.*] Ita hoc genus inferto elemento scribunt plerique Codices præfici. Mihi tamen secus faciendum semper visum fuit. Et accedimus opinioni sollertissimi viri Ioannis Levinei cui ad Panegyricos scribenti videtur nota productæ syllabæ vocibus plerumque addita.

323. *Spiramina.*] Venti, an helitus. Lucanus lib. 6.

— tali spiramine Nefis

Emittit Stygium nebulosis aëra saxis.

328. *Loci ingenio.*] Naturali quadam constitutione, aut felicitate adeo non instituta, sed innata. Claudianus de Sicilia;

Commendat Siculis furtim sua pignora terris

Ingenio confisa loci.

Columella lib. 10. *Quod sine cæli nec campi com-*
petit humor Inge-

Ingenium ve loci. —

Papinius Surrentino Pollii — *locine*

Ingenium, an domini mirer prius? —

Pacatus Panegyri. *Tyrrheni maris littoribus coronata natura sollertis ingenio, velut alter orbis includitur. Plura ad Claudianum.*

328. *Domini Genio.*] Principibus genios suos assignabat Romana superstitio, felicitatis eorum praefites. Sic insulam minutam & ignobilem potius felicitate & numine quodam Imperatoris hostibus obtulisse, quam sua potentia inquit adulator doctissimus Tertullianus Apologet. de Christianis: *Sed & iuramus sicut non per Genios Caesarum, ita per salutem eorum, qua est Augustior omnibus genis.* Appulejus libro Nono: *Contra commilitiones ibi nec uspiam illum delitescere, adjuvantes genium principis, contendebant.* Ulpianus cap. 13. de Iurejurando: *Si quis iuraverit in re pecuniaria per Genium principis, & pejeraverit, Imperator noster rescripserit fustibus eum castigatum dimitti, & ita ei superdici.* *ὄψιπέως μὴ οἴωμεν.* Sic privatorum etiam hominum Genii habebantur sacri, & per amicorum jurabatur, & contestabatur. Appulejus lib. 8. *Per fortunas vestrosque Genios, sic ad mea senectutis spatia validi, latique veniatis, decepto seni subsistite.* Petronius Satirico; *Uxor Trimalcionis, Fortunata appellatur, quia nummos modico metitur, Et modo quid fuit? Ignosce tibi Genius tuus, noluisse de manu ejus panem accipere.* Eosque colebant & venerabantur instar numinis, Appulejus Epigrammate ad Critiam;

Florea fersa, merum, mel & hac tibi carmina dono,

Carmina dono tibi, fersa tuo Genio,

Carmina, mi, Critia, lux hac optata canatur,

Qua bis septeno vere tibi remeat.

Genio autem Imperatoris, sive Fortunæ, (argutari enim nimium puto Franciscum Juretum qui inter hæc Idola distinguit,) omnes Ducum & Magistratum successus ascribebant. Horatius de Augusto lib. 4. Carmine 14.

Ut Barbarorum Claudius agmina

Ferrata vasto diruit impetu,

Primoque & extremos metendo

Stravit humi, sine clade Victor.

Te copias, te Consulim, & tuos

Præbente divos. —

Claudianus de Honorio & Theodosio 3. Consul.

— *victoria felix*

Auspiciis effecta tuis, pugnavisti uterque

Tu satis, genitorque manus. —

Sidonius — *certainum est jure magistri, Augusti fato.* —

Eodem pertinet quod in Oratione de Theodosii Humanitate Themistius scribit, jam Trajani, Antoninorumque ævo providentiam Theodosii principatum molitam esse. *καί σοι ἰδέσθαι ἐκεῖνη ἢ χεῖρα ἀφ' ἑαυτοῦ ἀποσε, σπαυ, α ἀποσέσαι Νέεσσα, καὶ Δουμπαγόν, αἰς τὸ αὐ Σαβήρα, αἰλλ' ἔτραϊατόν γε, ἠ' δὲ Μάικρον, ἠ' δὲ Ἀντωνίνον τὰς αὐς πολίτας καὶ ἀρχηγέτας, καὶ ἐξ ἀντιόρραθρα ἡμῶν ὁ θεὸς πῶς αὐτὸ βασιλείας ἐθεσμίμα' ἔστο.* Mamertinus Panegyrico Maximiani: *Vestra Fortuna, vestra Felicitatis est, Imperator, quod jam milites vestri ad Oceanum pervenire victoria.* Sic Constantino de Filii Crispi Caesaris Fortuna adulatur Optatianus Porphyrius in Panegyrico Dardalæo;

— *Major tua gloria terris*

En, Auguste, tuis præsens, & tantus ubique

Imperii; sæcunde parvas nunc omine Crispi

Oceani intactas oras. —

Dracontius libro Secundo ad Theodosium Junio-rem.

Te Deus afficiens effundere nolle cruorem,

Ut sine peccato non sine laude daret.

Contulit absenti terra pelagique triumphos.

Ansila testatur; Maurus ubique jacet.

Quod pereunt hostes Regis Fortuna vocatur.

Quod pereunt populi temporis Ordo gerit.

Multi ridiculæ superstitionis de talibus Geniis fin-

xerunt veteres videlicet adgnafci eos velut hominibus. Horatius;

Scit Genius, natale comes qui temperat astrum.

Perfius.—*geminos Heroskope varo Producis Genio--*
Eos letari cum hominibus putabant, præcipuè cum vino illi tristitiam diluerent.

Idem Perfius. *Hunc Macrine diem numerâ meliore lapillo;*

Funde merum Genio.-----

Horatius; *Postquam caput agros extendere victor & urbes.*

Latiôr amplecti murus, vinoque diurno

Placari Genius festis impune diebus.

Unde indulgere Genio dictum est pro semper vino & lautis rebus sese oblectare. Perfius porro;

Indulge Genio carpatum dulcia, nostrum est

Quod vivis, cinis, & manes, & fabula fies.

Qui parcè vivebant & duriter, defraudare Genium suum dicebantur. Terentius Phormione, de Servo;

Quod ille unciatim vix de demenso suo

Suum defraudans Genium, compar sit miser

Id illa univertim abripiet.-----

Lucillius lib. 26.

Genium suum defraudet, alii parcat.

Contristari ergo Genium putabant tali parsimoniâ, ideoque adhortabantur sese invicem miseri per ejus tristitiam vitandam, ut animum præsentibus bonis oblectarent, insciti videlicet futurorum Horatius lib. 1. Epist. 7.

Quod te per Genium dextramque Deosque Penates,

Obsecro & obtestor vite me redde priori.

Memor enim putabatur Genius brevi ævi adhortari clam hominuculos, ut sese tristitia subducerent. Horatius. 2. Epist.

Tellurem porco, Silvanum lacte piabant

Floribus & vino Genium memorem brevis ævi.

Nam sine latitia, velut mortuos sese æstimabant. Unde *Vivere* atas posterior pro hilarem esse dicebant.

bant. Nonius Marcellus: *Qui nunc est in summa lætitia vivere eum dicimus.* Est enim quando Genius vitam. Felicitatemque notat. Martialis.

Victurus Genium debet habere liber.

Juvenalis Sat. 6.

Nemo Mathematicus Genium indemnatus habebit.

Sed qui penè peris, cui vix in Cyclada mitti

Contigit & parva tandem caruisse Scripio.

Unde Genium non habere de hominibus absurgis, & velut bestiis dicebatur. Martialis lib. 7. Epigramm. 77.

Sumen, aprum, leporem, boletos, ostrea, mullos,

Mittis: habes nec cor, Papile, nec Genium.

Definit Charifus libro primo. *Hic Genius, ἢ τὸ γένος ἐν ἑσθ'.* Hujus appellatio ab officio est, curat enim ut Gignamur, & est velut parens humanus. Aufustius, vetus auctor, apud Festum. *Genius est Deorum filius & parens hominum, ex quo homines gignuntur, & propterea genius meus nominatur, quia me genuit.* Censorinus de Die natalis. cap. 3. diversas opiniones producit. *Genius est Deus cujus in tutela quisque, ut natus est, (ita legendum) vivit.* Hic, sive quod ut genamur curat, sive quod unâ genitur nobiscum, sive etiam quod nos genitos suscipit ac tuetur, certè à genendo *Genius* appellatur. A rebus gignendis nomen ducit. Isidorus libro 8. *Originum: Genium dicunt quod quasi vim habeat omnium rerum gignendarum, seu à gignendis Liberis.* Gigni cum homine alii opinabantur. Appulejus Deo Socratis. *Bona Cupido animi Deus est, quem nostra lingua, ut ego interpretor, hanc sciam an bono, certè quidem meo periculo, poteris Genium vocare, quoniam is Deus qui est animus sui cujusque quamquam sit immortalis, tamen quodammodo cum homine genitur: Erant tamen qui non gigni, sed adoptari ab hominibus Genios tradebant.* Plinius lib. 2. cap. 7. *Quamobrem major calitum populus etiam quam hominum intelligi potest, cum singulis quoque ex semetipsis totidem Deos faciant, Junones Ge-*
L
nisque

niosque adoptando sibi. Nec vero singulorum solum hominum, sed familiarum integrarum peculiaris Divi Genii habebantur. Laberius apud Nonium:

—Genius generis nostri parens.—

Velut per successionem familiam instaurans. Familiars & visui conspectos tales habuisse pauci, traduntur tamen. Ammianus Marcellinus lib. 21. de Constantio. *Posthac confessus est conjunctioribus proximis, quod tamquam desolatus secretum aliquid videre desierit, quod interdum adfuisse sibi squalidius aestimabat; & putabatur Genius quidam tutela Salutis appositus eum reliquisse, mundo citius digressurum.* Ferunt enim Theologi in lucem editis hominibus cunctis, salva firmitate fatali, hujusmodi velut actus rectorum numina sociari, admodum tamen paucissimis visa, quos multiples auxere virtutes. Recenset deinde aliquos idem Ammianus. Et talium prodigiis posteriores Philosophi, Apollonius Tyaneus, Appulejus, Jamblichus, Plotinus, Porphyrius, Proclus, Eupapius & qui ab hoc recensentur, frequenter usi dicuntur; Nec nostro etiam avo defuerunt talium familiaritate noti, ut cujus historiam non visi quidem. (Vide Scaligerum lib. 3. Poët. cap. 26.) sed penè semper auditi, recenset in *Damologia* Joannes Bodinus. Innumera scriptorum loca proferre liceat, quibus peculiarium *Geniorum* mentio fit, si id ageremus. Erant qui *Genium* suam cuique animam rationalem conferent, Augustinus de Civitate Dei lib. 7. c. 13. ex expositione veteri carminum Valerii Sorani: alio loco *genium* dicit esse unius cujusque animam rationalem. & ideo esse singulos singulorum. Alii *Genios* ideo additis mortalibus, ut in hac vita degentium actus notarent, eosque apud inferos iudicibus examinandos deferrent. Appulejus Deo Socratis. Plato assumat singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos additos, non modo omnium actorum testes, verum etiam cogitatorum. At ubi vita remeandum est, eundem illum qui nobis prae datus, raptare illico

illico & trahere veluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere si qua committatur, redarguere. Si qua vera dicat adseverare. Pulcherrimè Seneca *Pædagogum* dixit, Epistola 110. *Unicuique nostrum pædagogum dari Deum, non quidem ordinarium, sed hunc inferioris notæ, ex eorum numero quos Ovidius ait de plebe Deos, — &c.* Hos autem animabus addere Lachetis erat persuasio. Plato lib. 10. de Republica; *ἑκαστῷ δὲ πάντας τῶν ψυχῶν τῶν βίαις ἡπιδὸν ὡσπερ ἑαχθῶν, ἐν ταύταις ἀποσιτεύει, καὶ τὴν δὲ λαχέων, ἐνεύθει δ' ἐκείνῳ ἐν ἑαυτοῦ δαίμονα τὸν φύλακα ἐπιπέμπειν τῷ βίῃ, καὶ ἀποπλάσσει τὸν ἀπειθέτητον.* Eisdem castigatores mortalium adesse scisciebant Pythagorici. Michaël Glycas *Annalium* Tomo primo: *At Græcorum Sapientes Porphyrius & Jamblichus Genios essentia naturaque differre à se invicem iradunt, eorumque volunt aliquos rationis expertes & crassiore materiæ præditos esse. Addunt irruere ipsos in nos, non ut insectos, sed veluti castigatores à quibus puniamur. Eisdem ajunt futura prospicere atque nosse, non tamen universos. Propitiariis Genios cuique credebatur, qui liberaliter & honestè, citra ambitionem etiam, sibi secum viveret, cum maxima poenarum homini imprecarî possit, se ipsum ut iratum habeat, sicut loquitur Seneca Epist. 110. Auctor libri de Corrupta Eloquentia: Pulcrum est quidem indulgentiam principu ingenio mereri, quanto tamen pulcrus, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum Genium propitiare, suam experiri liberalitatem. Quæ verissima est ejus lectio à summo viro Justo Lipsio restituta. Sapientiores Genium hunc divinæ aure particulam, atque, quod supra etiam monui, Animam Rationalem, cuique homini à Jove traditam dicitabant. Antoninus Imperator lib. 5. *Συζήτω θεοῖς. Συζήτω θεοῖς ὁσπερ ἄλλοις αὐτῶν τῶν ἑαυτοῦ ψυχῶν ἀποσιτεύμεν, καὶ τὸν φύλακα ἐπιπέμπειν τῷ βίῃ, καὶ ἀποπλάσσει τὸν ἀπειθέτητον.* Eisdem ajunt, quanto tamen pulcrus, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum Genium propitiare, suam experiri liberalitatem. Quæ verissima est ejus lectio à summo viro Justo Lipsio restituta. Sapientiores Genium hunc divinæ aure particulam, atque, quod supra etiam monui, Animam Rationalem, cuique homini à Jove traditam dicitabant. Antoninus Imperator lib. 5. *Συζήτω θεοῖς. Συζήτω θεοῖς ὁσπερ ἄλλοις αὐτῶν τῶν ἑαυτοῦ ψυχῶν ἀποσιτεύμεν, καὶ τὸν φύλακα ἐπιπέμπειν τῷ βίῃ, καὶ ἀποπλάσσει τὸν ἀπειθέτητον.**

νῆς καὶ λόγος. Qui tamen à mente hominis eum distinguit lib. 3. Libro autem eodem alio loco, profus Deum appellat cum ait: *Enimvero Deus, qui in te est, præsit tibi, masculo animanti, Seni, Civis Romano & Principi, qui se ita comparaverit ut ad abiturum instructus expectet quando receptus ex hac vita canatur.* Lucianus Deorum hominumque irrisor Philosophorum superius positam opinionem de Geniis apud inferos acculantibus malos homines, traducens, non Genium, sed suam cuique umbram Sole quodam adverso de corpore redditam, accusatricem venire comminiscitur in Necyomantia. Qui verò Genii illi gentilium veri, quamque non custodes nostri, sed corruptores, vide egregie edisertum apud Lactantium lib. 2. Divin. Instit. cap. 15. Pro custodibus tamen errore communi mortalitatis, ipsorumque deceptione habebantur, unde à præfidiis *Præfites* appellatos docemur à Martino Capella. Et *instructores* vitæ humanæ præpinguntur à Cebete in aureola illa tabula. *μυσταγωγὸς* vocat Menander, citatus à Clemente Alexandrino Stromat. 5.

Ἀπαντὶ δέμων ἀνδρὶ συμπραξίται
 Εὐδὺς γνομῆτα, μυσταγωγὸς τῷ βίῃ.

Et puerorum sese custodes fingebant, non secus ac Virgo quaedam, malus utique Genius, Commodo principe puerorum agmina in Circo duxisse à Joanne Xiphilino ex Dione commemoratur. Qui idem Dio post summos in Republica honores gestos Deum quampiam in somnis sibi injunxisse ait confessionem Historiæ, quam ipse Deum vitæ suæ tutelarem fuisse autumat. καὶ μοὶ καθεύδοντι παρ' σίταξίς τὸ δαιμόνιον ἰστέον γρηγορήσαι. καὶ ἔτω δὴ πάντων ἀπειλῶν νῦν καθεύδαμεν ἕνεκα. Atque Deam illam ille ἄθροιστον τῶν βίῃ διαγωγῆς sibi fuisse arbitratur. Unde liquet & foeminas Genios veteres credidisse, quamvis alioquin opinio eorum fuerit foeminas,

nas à Foeminis, mares à maribus Geniis regi, quorum illas Junones, hos vocabant Genios speciatim, ut auctores sunt Seneca Epistola 110. & Plinius libro 2. cap. 7. Genii præfidis salutis humanæ aliud exemplum dedit Trajanus, à quoquam miræ magnitudinis simulacro per fenestram adibus erectus Antiochiæ, cum ea urbs terræ motu bonam partem laderetur. Xiphilinus in Trajano. *Τραϊανὸς δὲ διέφυγε μὲν διὰ διείδος ἐν τῷ ἰσχυρατοῦ, ἐν δὲ ἡμεῖς, παρ' οὐρανὸν αὐτῶν μέγιστον πύλος ἢ κατ' ἀγροστον, καὶ ἰσχυρατοῦ αὐτῶν, ὡς μὲν ἀπὸ πλῆθους ἀπειληνέδων.* Hujus talis præfitis Genii nutu & adhortatione res prosperè se bonas gessisse, memoravit Socrates, ut Plato, Laertius, Ælianus, Maximus Tyrius, Appulejus, & alii memorant. Et ejus favore arbitrioque omnia agere sese credebant. Sophocles;

σὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γὰρ ἔχει καὶ ἰδύμεται.
 Theocritus Pharmaceutriæ;
 ὡς αὐτὸν ἔχει ἔργα σὺν δέμονι ταῦτα
 ὡς ταῦτ' ἔπει ἔσθ' ὁ Μύνηθ' ἀπὸ γῆ.
 Δέλφει.

Quo loco non contemnenda notat Zacharias Calliergus præficus Scholiastes. Contristari hoc Genus putabant cum homini infortunium aut obitus immineret, ut exemplo est Constantius apud Ammianum, cujus verba supra posuimus. Fingebanturque aliorum hominum aliis infesti, & potiorum Genios minoris Fortunæ viris terrori esse, ut Antonii Dæmonium metuebat Augusti præfitem. Appianus Parthico. *Erat cum in Antonii comitatu quidam Genethliacus Ægyptius, is, sive ut Cleopatra gratificaretur, sive quod res ita se haberet, Antonio liberè dixit, fortunam ejus alioquin splendidissimam & maximam obscurari à Fortuna Cæsaris, suastique ut quam longissimè ab eo juvene secederet, nam tuus, inquit, Genius hujus Genium metuit.* Sic erant quorum Genii, exitiales habebantur iis, qui cum illis societatem haberent; ut Tiberius Imperator, de quo Dio

ἐν τῷ πάντα κίβητο ἐπιπεριεργονομία, καὶ τὰ νερθεν
 γὰρ φύσιν, ἐρδύατο, καὶ τὰ ἐν ταῖς φύσεσιν τῶν
 πλυσίαν δια τεμπερσεως ὑπερῆ, μὴ αἰδομένη ἢ
 ὅτι ἀρκεῖ τοῦ μόνου τῷ ἔνδον ἰαυτῶ δαίμονι εἶναι, καὶ
 τέτορον γνησίως δεξαμένην. δεξαμένη ἢ ἰαυτῶ κείνου
 ῥόν πάθος διατιρεῖν, καὶ ἐκταρῆ καὶ δυσσεβή-
 σως τῆς τοῦ δειῶν καὶ ἀνδραπῶν γινόμενα.
 Porro ex domus instrumento, seu vita domestica
 Sacri erant Genio Mensa & Lectus conjugialis, & qui-
 dem adeo ut utraque Genialium sibi titulum acqui-
 siverint. De quibus junctim Virgilius, — cui non rise-
 re parentes. Nec Deus hunc mensa, Dea nec dignata
 cubili est. Hoc est nec geniali fulcro Juno, Genius for-
 mina, nec mensa Lar aut genius proprium ita appel-
 latus. Quibus duobus non faventibus absurdus ho-
 mo & inestabilis futurus erat, qualem Genium o-
 mmino non habere Martialis, supra posito versu, con-
 vicatus est. De totâ hac re nos prolixius in copioso
 & ubere Commentario de Superstitionibus Vete-
 rum, unde hoc capituli unius Ἰσοπασ μάλων descrip-
 simus. Porro Geniorum fabula non humanis modo
 corporibus tenebatur, sed omnibus locis, & Ope-
 ribus suos tales Dæmonas inesse autumabant miser-
 rimi Idololatræ, quam opinionem scitius nemo
 refutavit Prudentio, qui luculento carmine Rela-
 tionem Symmachi pro superstitione Romana, circa
 eadem Rutilii tempora confutavit. Sic omnibus lo-
 cis inesse tales testantur Servius & Isidorus verbis
 modo propositis. Calpurnius Eclogâ V.

— cespite vivo

Pone focum, Geniumque loci, Faunumque La-
 rumque

Salso farre voca. —

Tertullianus de Pallio; si posset Nemaâ certè, si
 quis loci Genius, ingemebat, tunc enim se circum inspe-
 xit Leonem perdidisse. Posthumius, sive quis alius
 auctor Declamationum Quintiliano adscriptarum,
 quarum stilius tamen avum sapit recentius, Decla-
 mat. I. Ipsi quoque servuli longius quiescunt & præstatur

gras -

grande secretum Genio loci. Sic terrarum quarumlibet
 sui Dæmones erant, quas Græci Heroës crede-
 bant illos qui in iis aliquando nati multâ Poëtarum
 laude excelluerant, sic ὄμηρου θεός, Deos eos appel-
 lant sæpius Xenophon, Arrianus, & alii Græco-
 rum Historici. Sic Colonia Genium celebrat Tertul-
 lianus de Idololatriâ cap. xxxi. Si dedero Eleemo-
 synam, vel aliquod præstitero beneficii, & ille mihi
 Deos suos vel Colonia Genium propitiis imprecetur, jam
 oblatio mea vel operatio Idolorum honor erit. Famæ
 Genium Martialis libro vii. Epigramm. xi.

Ludimus innocuis verbis, hoc juro potentis

Pex genium Fama, Castalidumque gregem.

Justitia; Eusebius apud Stobæum Sermone
 XLIV. Inter inimicos Iudex constitutus, justum exa-
 mina, & sententiam ad ejus momentum inclina. Jus-
 titia enim & præfectus & Genius digniores sunt majori-
 que haberi merentur quam ut inimicitia gratificeris.
 Lecti Genium Juvenalis Satirâ vi.

—vetus est alienum, Postume, lectum

Concutere, atque sacri Genium contemnere fulcri,

Focorum; Arnobius libro iv. Lateranus, ut dici-
 tu, Deus est focorum, & Genius, adaususque hoc
 nomine, quod ex Laterculis crudis ad hominibus camino-
 rum illud exadificatur genus. Urbium Genii plera-
 rumque celebrati, Romanæ etiam Templo cultus
 instar ordinarii, ut loquitur Seneca, Numinis.
 Exempla sunt apud Dionem Cassium Libris XLVII.
 & L. Exercitium Genios celebratos docent inscrip-
 tiones præfæ, quas legisse memorat Georgius Fab-
 ritius, vir judicii optimi, & eruditionis egre-
 giæ, Commentario Poëtarum Christianorum.
 Regni Genius laudatur à Claudiano, Epistolâ ad
 Serenam.

Quid non perficeret scribentis voce Serena

Vel Genius regni vel Pietatis Amor?

Genius Publicus, velut Imperii Romani quædam
 anima celebratur ab Ammiano Marcellino, quem
 eundem innuit Claudianus libro xx. de Juliano.

Nocte qua declarationis Augustæ preceſſerat diem jun-
 ctioribus proximis retulerat Imperator, per quietem
 aliquem viſum, ut formari Genius publicus ſolet, hæc
 obſurgendo dixiſſe. Mentio ejuſdem & libro x xv.
 apud eundem. Statuarum quoque genios celebrant,
 in Heroum & Principum monumentis, ut ipſorum
 viventium Genii quidam pro numinibus erant. Si-
 lius libro xvii. Hannibal abſenti retinebat numine mo-
 lem. Quod perperam immutant. Unde Papinius
 principio Silvarum Equum Maximum Domitia-
 ni ſtatuum ferentem molem Geniatam appellavit,
 veriffima ita à nobis conjectura reſtitutus.

Qua ſuper impoſito moles Geniata coloſſo
 Stat Latium complexa forum. —

Cum ipſemet Poëta eodem carmine ſubſiciat —
 non mole Laborat Sed Genio — Quod nihil poterat
 dici ad ſuperſtitionem veterem commodius. Sta-
 tuas enim Deorum & Heroum ab eorum numini-
 bus & Geniis habitari credebant, quam opinionem
 Dæmones firmabant, introeundo ſimulacra, & in-
 de reſpondendo. Michael Pſellus in Dialogo ab
 eruditiffimo Gaulmino non ita dudum edito.

οὐδὲ πᾶσα χερδαύλος τὰς κήρυκες εἶχεν τῆς χερδαύλων
 γλαυκῆς ἀποφῆς καὶ παρ' Αἰζυμίου τὰς ἀποφῆσεις
 αἰζυμίου τὰς ἐπιπέτο φωνῆς. Hinc ſuper hujusmodi
 Statuariis Dæmoniis ſcribit auctor ſemivetus Episto-
 larum Martiali Lemoviceno adſcriptarum, Ad Tho-
 loſanos. cap. vii. vidisti enim per me in nomine Do-
 mini quem Iudæi crucifixerunt, & qui tertia die reſur-
 rexit à mortuis, Dæmones exire de ſtatuis manu factis
 coactos in quibus reſponſa fallacia cultoribus ſuis dabant.
 Indeque ſcribit Viſtorinus Martyr Commentario in
 Apocalypſin de Antichriſto : Faciet etiam ut imago
 aurea Antichriſto in templo Hieroſolymis ponatur, & in-
 ter Angelus reſuga, & inde voces & ſortes reddat.
 Eodem pertinet quod auctor Commentitius qui-
 dem, tamen bene verus, Lini Pontificis nomine
 libro II. de Paulo Apoſtolo ſcribit, attendite quia
 ſimulacra vana non ſunt Dii, ſed hominum factura &

De-

Dæmonia in eiſdem facturis latentia. Fraude tamen
 ſacerdotum talia reſponſa ſapius ficta, qui ſimu-
 lacris ad id concinne fictis irrepebant, reſtantur aliæ
 hiſtoriæ, ut in Serapide illo famoſiſſimo videmus
 apud Theodoritum & in Hiſtoria qua Tripertita
 vocatur, apud Epiphanium libro xi. cap. xxi. ix.
 Porro notandum ab hujusmodi ſtatuis Dæmonas
 ipſos ſibi nomina, plebe in inveteratis erroribus at-
 tinendæ, finxiſſe eorum numinum qui inibi cole-
 bantur. Sulpitius Severus Dialog. II. de Vitâ B.
 Martini. Petrum & Paulum Apoſtolos: videri à ſe
 ſapius non negavit. Iam vero Dæmonas, prout ad eum
 quiſque veniſſet, ſuis nominibus increpabat: Mercuri-
 um maxime patiebatur inſeſtum, Iovem brutum at-
 que hebetem eſſe dicebat. &c. Quæ quidem alterius
 loci ſunt. Cæterum quod modo dixi Diis etiam
 ipſis peculiaria Numina & Genios quoddam adſcrip-
 ſiſſe Idololatrias de eorum libris, & ſi vulgo non
 cognitum, diſci tamen poeſt. Sic in priſcis Inſcrip-
 tionibus Genius Plutonis deprehenditur. Sic Iovia-
 lem Genium legimus apud Arnobium libro i. i. i.
 quem ille mirificâ urbanitate, ut eſt talium doctiſ-
 ſimus, villicum Iovis appellat. Sic de aliis Diis alii.
 Numina autem Diis quædam ſingularia, & ab reli-
 quâ eorum eſſentiâ velut ſeparata adſcripta, nos
 nunc demonſtrabimus. Sic non de ſe ſed de ſuo nu-
 mine Juno loquitur in Æneide Septima. —

— Quod ſi mea numina non ſunt

Magna ſatis, dubitem baud equidem implorare quod
 uſquam eſt. Appulejus lib. VI. de Venere: totum
 per orbem anxia diſquiſitione tuum veſtigium, furens
 animi, requirit; teque ad extremum ſupplicium expen-
 ſit, & totiſ Numinis ſui viribus ultionem flagitat. Ut
 fit numen quædam velut anima Deorum illorum.
 Eodem libro Idem ſcriptor. Ad iſtum modum ſup-
 plicanti ſtatim ſeſe Juno cum totiſ Numinis ſui Au-
 guſta dignitate præſentat. Hinc eruditè inter Deos &
 Numina eorum diſtinctionem facit Arnobius lib.
 VII. in Proſopopœja Bovis ad Jovem: Numquid

L. 6
 + v. diſci alii
 val. i. fo. 609.

aliquando tuos ludos minus sanctè diligenterque perfecti, numquid aliquem præsulè tuum numen qui offenderit, aut te, traduxi. Aut te aut numen tuum. Sic Dii ipsi suis aliquando numinibus aras instituerunt; Solinus cap. II. Suo quoque numini idem Hercules instituit aram quæ maxima apud Pontifices habetur. Sic in cœlo Jupiter, cum Dii, nondum nossent sese à mortalibus hostiis oblati coli, aram numinibus si qua forent suis majora, consecravit, quæ inter Sidera fulgere censebatur. Sic enim intelligendi sunt omnibus hucusque obscuri versus apud Manilium, libro Primo, de Aræ asterismo;

*Hostiferum nec dum sibi quemquam sidera norant;
Si qua forent majora suis, tunc Juppiter ara
Sidera constituit quæ nunc quoque maxima ful-
gent.*

Primo versu Sidera numinum vicem capienda sunt, quod non intellectum tenebris totum locum induit. Sic Auctor Æthnæ;

*—nec humanas fas est dimittere in artes
Sidera, subducto regnant sublimia cælo.*

Pariter verò Junonis Numen ab ipsa Dea separat Lactantius Placidus in Ovid. iv. Metam. Ino graviter ferens quod Ino sororibus punitis maneret in via contemnitæ numinis sui. Idem lib. v. c. v. r. Notamus etiam alibi non secus ac hominibus ita etiam Divis suas adscriptisse animas Theologos præcos. Mercurius Trismegistus apud Stobæum libro I. Eclogar. Physicarum; ταῦτα εἰρησά ἐρχεῖ ποτὸν ἀπὸ γλυκῶν τὸ πρῶτον ἀμύθησις, οἱ αἱ ψυχὰς λαμβάνειν ἐξ ἑστέ θεῶν. Cæterum ut longam hanc digressionem tandem finiamus, nullis non rebus Genios suos adscribebant primi superstitionum veterum conditores. Hinc in omnibus fluviis, Urbibus, silvis, domibus, speluncis, antris, Arboribus denique, Mari, Aëre, Igni, Terra, æthere, omnia numinibus peculiarium nominum compleverunt, ut ex re ipsa salissimus scriptor Petronius Arbitrè dixerit, suam regionem tam præsentibus plenam

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 253
nam esse numinibus, ut citius Deum quam hominem invenire quis quiverit. Et Plinius libro II. cap. VII. Quamobrem major calidum populus etiam quam hominum intelligi potest, cum singuli quoque ex semetipsis totidem Deos faciant. Cui paria etiam legas apud Tertullianum Apologetico. Maxime autem ridiculi illi Genii fingebantur, qui familiaribus domibus inesse, & circa vitæ rusticæ & plebeios actus versari, quorum enarrationem eo quod supra laudavimus Opere nostro aliquando exactius proponemus.

329. *Vitricibus obstitit armis.* J Gothorum utriusque Alarici ductu Romam tum diripientium. Sic autem diversa genera solent jungere scriptores etiam summi. Vide Priscianum libro VII. & quæ nos notamus ad Claudiani Probinum & Olybrium.

331. *Lacera ab urbe.* J directa; similitudine à vestimentis ad alia multoties traductâ. Sic lacere existimationem alicujus legimus apud Apullejum libr. v. in auribus Veneris filii lacera existimationem ganniebat. Claudianus Epigramm. xxxii.

Scandere qui nescis versiculos laceras.

Idem xxxiii. *Ne laceres versus Dux Iacobe meos.* Lacere fidem; Appuleius lib. x. Cum fidem suam coram lacera videret, multiplicato studio verberonem illum contendit redarguere. Contumelias Septimus Romanus in Diçty. libro II. Cæterum Achilles in ore omnium ipsiusque & Menelaum contumelias lacerabat. Lacera vita, turpis, inquinata, spurca. Valerianus Cimerlenensis Homiliâ I. quamvis homo purum corpus immaculatumque custodiat, lacera vitam ad Deum portat, cujus actus vultum infamat. Sic lacera Camœnz, spoliata cultu suo, tristes. Boëthius prima Consolatione.

Ece mihi lacera distant scribenda Camœnz,

Et veris Elegi stetit ora rigant.

Horatius libro III. Carm. XXVII. —lacera
re ferro & Frangere enitar modo multum amati Cornua
Tauri.

333. *Populaverat aquora.*] Translatio est à piscatoribus qui mare populari dicuntur cum squamigerum pecus capiunt. Est enim populare, spoliare. Auctor fragmenti Halieutici, nequaquam Ovidius, quod tamen plerique credunt, potius Nemesianus aut Parisævi alius scriptor, de Polypo.

—*emersus in auras*

Brachia dissolvit populatumque exspuit hamum.

Aquoreus populator, piscator Claudiano II. in Rufinum. Populi, pisces Manilio libro IV.

—*lentas flectere tonsas*

Et placidum inductis evertere retibus aquor,
Littoribusque suis populos exponere captos.

334. *Classe rimendus equis.*] Equitandi peritissimi Barbari, ut quasi agnatos equis, certè illis dexterrime utentes agnoscit Sidonius Panegyrico Antonii. Equitem classe in insulas Italix finitimas transfuerant, quos miratur Rutilius insulæ illi repullos, post tot alias spoliatas, remque fato solemniter adscribit.

336. *Tam procul esse Getis.*] Non situm, sed quia eo potiri non valebant, procul esse ipsis dicitur. Virgilius; — *Longè illi Dea mater erit.* — Qui tamen ut numen ipsi aderat. Pariter Silius Italicus libro XVII. Punicorum.

338. *Tuto ore.*] *σύμπη.* Græcicum. Sæpe sic Dionysius Poëta. Superiori Rutillii effato non est absimile quod de duobus captivis imparibus meritis ait Augustinus in Psalmum cxxviii. *Ligantur duo & mittuntur ad iudicem, latio, & colligatus. Ille sceleratus, iste innocens, una catena ligantur & longe sunt à sese.* Non loco sed fortuna & meritis. Bene autem quod Umbronem non ignobile flumen appellat; quod enim nomen quamque gloriam antè non habebat, ab carminibus his mutuatur in omne ævum, alias inter obicura mansurum. Os fluminis pariter habes apud Avienum in Periegesi, ubi ait;

—*ora per aquor*

Quinque vomunt annem, quæ se procul insula Pœnce

Exc-

Exerit. — De Danubio loquens.

340. *In pontum quoties.*] Cum tempestas naves deprendit in vicina, tutos recessus præbet alveus Umbronis, investis in eum. Pronas undas dixit retrovolutas vi tempestatis, non enim fluvius ex mari in campos descendit, sed contrà.

345. *Metamur.*] Vocabulum à re castrensi petitur. Metari dicitur qui castris ponendis locum designat, Metatores designatores. Vegetius libro II. cap. vii. Metatores qui præcedentes locum eligunt castris; Dicebantur & Antecessores & Mensores. Leo Imperator Τακτικῶν. cap. III. ἀρχιπέστορες ἢ ἀλλες πῶς ἄλλοι οἱ πάλη στρατοῦ, & ἄς ἑπολαμῆσαν, ἢν τῆς μισθοῦ ποτα συντασσόντες ἰδίως ἢ ὀνομαζομένη: ἑποὶ ἔστιν οἱ ποτασσόντες ἐν ταῖς ὁδοπορείαις καὶ τὰς ὁπληθείας ὁδῶν καὶ τῶν ἀνεροῦντων ἐν οἷς τὰ ἀπληκτα γίνονται ὁρεῖλαι, καὶ ταύτας ὁποῖαι εἰσι καταποῦντες. Consule Doctissimorum virorum Nicolai Rigaltii & Joannis Meurfii Glossaria. Tansfertur deinde ad alia locum venturo cuidam parantia, ut metatoria pagina apud Sidonium libro V III. Epistola XI. ipsum venturum nuntians.

348. *Subito culmine.*] Dicit contum navalem erectum cuspidem in terram fixam culmen subigario edificio fuisse. Videtur ex sententia auctoris legendum — *culmina* — vice culminum. Tamen vocula pro subintelligi potest, ut alibi apud Poëtas. Quæ sequuntur, ut & ista, nemo summorum Poëtarum melius dixerit.

353. *Strisura.*] Ad ignem eliciendum, aut scintillas quas granditer caminum largum appellat. Glossarium vetus *strisura* τὸ δὲ τὸ σὺν πῆμα, ἄσπερ ἀνδρῶν. Ex quo etiam discimus ipsum metallum hoc nomine intelligendum, quo fortassis & iste Rutillii locus potius pertinet. Onomasticon ἀνδρῶν exponit.

354. *Cespite massa fluit.*] Quomodo fluit cespitè? Cespites massas vocat ubi æra latent, nondum exco-

excoctas. Poteras & de terra ad solem arefacta & usta pro lignis intelligere, quo more hodie terram suam urunt, & quidem etiam olim usserunt, multi populi Germaniæ, si auctoritas aliqua adesset. Medio ævo, vel & planè jam barbaro, marefcas hoc genus cespites utiles vocabant, ut Gulielmus Brito, non contemnendus verificator, libro II. de terra Flandria.

*Frumento quam ditat ager, navalia merce,
Lacte pecus, butiro armenium, piscibus æquor,
Arida gleba focis siccis incisa marefcais,
Raris silva locis facit umbram.*

355. *Plus consert populis ferri facunda creatrix.*] In veteri Editione locus asterisco signatus est. Fortè scribendum — *ferri facunda cicatrix* — quod sanè elegans foret. Tamen nihil muto.

357. *Materies vitiiis aurum lethale parandis.*] Mira locutio est. Aurum lethale, vitiiis parandis materies. Quid enim est parare vitia? & an aurum iis parandis lethale dici potest? Invehitur in Divitias, & Avaritiam habendi, quæ laxant fræna per licentiam omnibus cupiditatibus. Lege Sixti Pontificis de Contemptu Opum duos libros, Rogerii, ut volunt, de Contemptu Mundi capita; Horatium lib. III. Carm. xvii. Propertium libro III. Elegia XII. Gratium Cynegetico; Senecam multis locis. Talia ubique obvia nec recenseri quidem merentur.

359. *Expugnant munera tadas.*] Paria multis Ovidius. Prudentius Hymno Laurentii.

*Pudor per aurum solvitur,
Violatur auro integritas,
Pax occidit, fides perit,
Leges & ipsa intercidunt.*

Pulchrè Petronius omnia liberalia periisse ait postquam diis hominibusque formosior videri coepit massa auri.

360. *Virginesque sinus aureus imber emit.*] Allusio ad fabulam Jovis Danaën stuprantis. Terentius Adelfis. Horatius I II. Carm. XVI. Vide totam sententiam

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 257
riem Historiæ apud Apollodorum libro I I.

361. *Auro victa fides munus decipit arbes.*] Fides numquam decipit, etiam si per injuriam victa à pecunia: est incongrua locutio, quales multa in libris præcorum. Lucanus libro I X.

*Quid prodest miseri Basiliæcus cuspidè Murrhi
Transactus.*

Basiliæci ea natura est, si quidem basiliæcus est, ut omnino prodesse non possit. Similem Ovidii locum notat in Variis J. Castalio.

362. *Auri flagitiis ambitus ipse furit.*] Propriè usus est voce flagitii, à flagitando scilicet. Ambitus non alia ratione materiam nactus est furenti in honores & magistratus publicos, quam quod aurum flagitant, quibus copia est honorum conferendorum. Idem ergo est ac si dixisset, — *auri flagitationibus.* — Plautus in Epidico; *Flagitio cum majore post reddes tamen.* Majori & celebriori efflagitatione, & expostulatione. Sic, vel invito Nonio Marcello, capiam apud Luciliium libro xxxix.

*— quietè
Poscens de minus, & præstabunt rectius multo
Es sine flagitio.*

Sermo enim eo loco non dubito quin de meretriculis quibusdam fuerit, quarum nonnullas quietiores, melius moratas, & minus poscere ait, neque cum convitiis aut clamoribus ut solent, melioremque simul corporis sui usum præstare. Sic eodem libro de puella deliciosa scripsit.

*Hic corpus solidum invenies, hic stare papillas
Pectore marmoreo.*

Sed potior sententia de pueris dictum suadet, ut Juvenalis. *Nonne putas melius quod tecum passio dormit.* — *Exigit illic Nulla jacens à te munuscula, nec queritur quod Es lateri parcas, nec quantum jussit anheles.* — Omnino eadem dixit Lucilius. Appulejo Flagitium est extorta cum periculo rei cuiuspiam effectio, libro vi. *Nec tamen nustum Veneti: sapientis vel tunc expiare potuit, nam sic eam majora*

jora atque pejora flagitia comminans appellat venidens exitiabile. Jam tu quidem videris magis quadam mihi: Est ubi flagitare, lassare, vexare, torquere sonat. Fulgentius primo Mytholog. Egre dimur nautarum in niorem quos tempestatum flagitamento confractos exoptata reduces excipit ripa. Sic veteres Ediri, nec recipiendum putamus flamento, quod H. Commelinus, aut fatigamento, quod Franciscus Modius inducere voluit. Idem enim est ac si tempestatum injurias dixisset Fulgentius. Nam Onomasticum vetus *Flagitum* ὄβριον exponit, flagitiosum ὄβριον. Et Glossarium *Flagitium* Blas, violentiam videlicet.

364. *Vivendi via.*] Methodus, compendium. Gratius Cyneget.

— prima omni inermis
Spes fuit, & nuda silvas virtute movebant
Inconsulti homines, vitaque erat error in omni,
Post alia propiore via, meliusque profecti
Te sociam, Ratio, rebus sumfero gerendis.

Claudianus lib. III. de Raptu; - rerumque remotas
Ingeniosa vias paulatim explorat egestas.

Vide utroque loco à nobis notata.

365. *Secula semideum.*] Aureum genus hominum.

366. *Sustinuere.*] In ipsos irruentes. Ferro non alius usus fuit apud primos homines quam in venationibus.

367. *Non sufficit usus inermis.*] Prorsus ad ornatissimos versus Grati initio Cynegetici, ut ii à nobis restituti sunt, respicit. Et Lucretius pulcherrimis versibus libro Quinto.

368. *Alia ferrea tela manus.*] Manus appellant auctores quocumque quis instruitur, aut operatur aliquid. Demetrius Triclinius Commentario in Pindari Olympion. IV. οἱ χεῖρες ἐ τὸ ἦτορ ἀντὶ τῆς οἱ χεῖρες, καὶ ἡ ἀσπίς. Sic Hebraismo manus potestatem sonant, ut luculenter docet amicus quondam noster vir talium doctissimus. Joannes Drusus libro primo pratermissorum. Plura vide apud doctissimum Rigaltium Notis ad Artemido-

rum,

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 259
rum, & nos recensitis ad Claudianum Animadversionibus.

369. *Hu mecum pigri solabar tadia venti.*] Veteres libri sanabar tadia venti. Videndum quam bene & feliciter emacularint. Sed & vetus scriptura indicanda, cum in perpaucorum memb. superluant editiones prisca Barsh. *Advers.* xxv. 15.

370. *Vile celeusma.*] Nautarum clamor. Videtur voces ejus generis hominum ventos expositum innuere; licet alioquin quis nauticus clamor hoc nomine censeatur. Sidonius lib. VIII. Epist. XII. *Hic tuas laudes modificato celeusmate simul inter transstra remiges, Gubernatores, inter aplustria canet.* Idem libro II. Epistola X.

Stridentum hinc moderator effedorum
Curvorum hinc Chorus heliciariorum,
Concinentibus Alleluja ripis
Ad Christum levat amnicum Celeusma.

Quo loco consulere habes doctissimum Savaronium, cujus ex ore profusos Multi posterorum latices in suas observationes duxerunt. Et sanè sunt illæ notæ velut Cornucopiæ bonarum rerum, præsertim ad postremorum principum scriptores adhuc Latinisantes. *Vile* autem *Celeusma* videtur Idololatra pervicax dixisse quod eo tempore Christianum Alleluja jam etiam navalia cantica tenebat ut ex Sidonio & aliis clarum,

373. *Fagi.*] Non est dubitandum veram lectionem esse. --- *pagi* --- etiam Josepho Castalioni placitam, ut notat Sitzmannus. Horatius; --- *vacat otioso cum bove pagus*, Quam & ipsam lectionem non satis favente Minervâ ab nonnullis mutari existimo.

374. *Sacris jociis.*] Osiridis festo solemnia erant verba quibus gaudere ejus numen arbitrabantur, ut certæ formulæ quibuslibet feriis, quibus placatum Deum arridere votis opinabantur. Festis vero diebus generatim omnibus profanis & malè sonantibus verbis abstinebant, irasci contra Deos arbitantes. Horatius lib. III. car. XVI.

705

— vos o pueri & puella

*Jam virum experta, male ominatis Parcite verbis,
Hic dies verè mihi festus atrox Eximet curas.*—

Et hoc lingua favere cultui divino dicebant. In quam rem multa doctissimus Briffonius in Formulæ, & nos in superstitiionibus.

375. *Renovatus Osiris.*] *Osiris* fruges telluri conditas designat, *Julius Firmicus* de erroribus Profanarum Relig. Sed in hiis funeribus & luctibus quæ verè sunt funera quæ facta sunt, quorum exstant hodie quoque reliquiæ, nam & sepulcrum *Osiridis* hodie in *Agypto* est, & (cremati) corporis reliquiæ cernuntur, defensores eorum volunt addere phycam rationem; *Frugum semina Osirim* dicentes esse, *Isin* terram, *Typhonem* calorem: Et quia maturata fruges calore ad vitam hominis colliguntur, & à terra consortio separantur, & rursus appropinquante hyeme seminantur. Hanc volunt esse mortem *Osiridis* cum fruges reddunt, Inventionem verò cum fruges genitali terra fomento concepta nova rursus caperint procreatione generari. Vide *Plutarchum* de *Iside* & *Osiri*.

377. *Egressi villam petimus, lutoque vagamur.*] Sic editum *Petro Pithæo*: alii, — petimusque lutoque vagamur—*Inspidè*. Quæ enim voluptas in luto, & quomodo in eo vagamur? Scribendum — lutoque vagamur. Per ludum, Ludendo. *Ludibundi* enim vagabantur, & tædium maris spaciando consumebant. *Virgilius* *Georgico*. 3.

*Hic noctem ludo ducunt, & pocula lati
Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.*

Idem *Æneide* V.

— *Teurum nati vestigia cursu
Impediunt, texuntque fugas & prælia ludo.*

379. *Vivaria.*] Ubi vivi pisces ad servabantur. *Juvenalis* Sat. 4.

*Non dubitaturi fugitivum dicere piscem
Depastumque diu vivaria Cæsaris.*—

Columella lib. 8. cap. 16. de temporibus *Luculli*:
Iam enim celebres erant deliciae pepinales cum ab mari de-

deserrentur vivaria quorum studiosissimi, velut ante devictarum gentium *Numantiniis* & *Itauricus*, ita *Sergine Orata* & *Licinius Muræna* captorum piscium lætabantur vocabulis.

380. *Gurgitis inclusi laxior unda.*] *Marinam* piscinam intelligit, ut spatia magna clauderentur in piscinas. *Columella*; *Mox istam curam sequens atrox abolevit & lautitia locupletum maria ipsa Neptunumque clauserunt.*

384. *Humanis animal dissociali cibus.*] *Judæum* scito sarcasmo ab homine distinguit. Alludit autem ad id quod *Judæi* cum gentilibus cibum capere ex Lege sua abstinebant. Sic vicissim aliæ gentes eorum convivii non accedebant, ut hoc loco de Romanis. De *Ægyptiis* *Moyse* lib. 1. c. 43.

384. *Animal.*] Per convicium, velut bestiam dicat. Nam hoc quoque apud Romanos opprobrium erat, ut nunc est in linguis *Hispanicâ*, *Italicâ*, *Gallicâ*, ab *Latinâ* descendentibus. *Lactantius* de Carnificibus *Christianorum* lib. 6. cap. 17. *Spectata sunt spectanturque adhuc per orbem pœna cultorum Dei, in quibus excruciantis nova & inusitata tormenta excogitata sunt; nam de mortis generibus horret animus recordari, cum immanium bestiarum ultra ipsam mortem carnificina sævierit.* *Alexander Imperator* apud *Lampridium*: neque enim sub nobis ista faciendæ sunt quæ sub impura illa bestia nuper facta sunt. Sic *Barbari* tum quoque, ut *Attila* in Sermone quopiam apud *Priscum Historicum* in *Eclogis* *Legationum*: καὶ ὅτι τὸ Βιζήλιον εὐθείας τρέπει τὸ λόγον, ἔμελλον ἀναιδῆς δεικνυμένων, ὅτε χεῖρον παρ' αὐτῶν ἐλθεῖν ἠδέσθαι, ἔπιπέμμεν τὰ τε αὐτῶν καὶ Ἀνατολίῳ ὅτι τῆ εἰρήνῃ διδύματα. Vide *Origines* nostras *Hispanicas*.

387. *Obscæna genti.*] Male ominatæ. Namque talia, velut profana & abominabilia, *Obscæna* vocant *Latini* scriptores. *Virgilius* lib. 12. — nec me terrete timentem *Obscæna* volucres, — *Matius* apud *Var-*

Varronem 6. de Lingua Latina; *Obscæni interpretis funestique ominis auctor.* Lucilius lib. 29. — *Deum rixa veritat verba obscæna.* Hoc est male ominata, Attius Oenomaos;

— opere magno edicite

*Per urbem ut omnes qui arcem astumque accolunt
Cives omnibus fasctis augustam adhibeant*

Faventiam, ore obscæna dicta segregent.

Et ab malo occurfu videtur hoc dixisse, quo malam scavam portendere homines deformes, mutilos; aut alioqui monstrosos putabant. Sic capillis defluentibus hominem malum occursum causari inquit Theodorus Priscianus, Medicus vetus lib. 1. c. 7. Foentes Judæos indigitat velut Ammianus Marcellinus lib. 22.

389. *Radix stultitia*] Stultitiam vocavit Christianismum, qui ex Judaismo propullulavit. Et sic Beatus Paulus Christi doctrinam mundo stultitiam esse scribit. Vide nonnihil in eam rem à nobis conscriptum Adversariorum lib. 3. cap. 12. Ex his vero quæ sequuntur vides non penitus imperitum divinarum rerum fuisse Rutilium nostrum, perveracissimæ vero in conviciando vesania.

393. *Mendacis.*] Sanè nunc abominabilibus mendacis, ut & olim, sacrae veritatis traditiones obfuderunt perditii illi verpæ, ut haurire licet ex eorum libris qui ipsos confutaverunt. Lege libros Cypriani, Gregentii, Tertulliani, Augustini, Chrysostomi, Juliani Pomerii, Petri Mauriti, Hieronymi de Sancta-Fide. Et aliorum qui professæ operâ Lernam illam expurgare nisi sunt.

395. *Catasta.*] Ut Barathro, homo dignus barathro, sic catastam vocat gentem Judaicam, dignam, ipsius iudicio, catastæ imponi, & per tormenta occidi. Isidorus in Glossis: *Catasta, Eucleum, genus panæ. Catasta, lectus ferreus.* Scholiastes vetus Prudentii. *Catasta, equulei ardentis, lectus ferreus.* Quicquid de cætero afferatur est hoc unum ex iis vocabulis Latii quæ satis enarrata nondum sunt.

394. *Nec pueros omnes.*] Juvenal. — *Stygio ranas in gurgite nigras Nec pueri credunt, nisi qui nondum are lavantur.* —

397. *Excisa pestis contagia serpunt.*] Manifestum est de Christianismo à Judaismo oriundo sermonem esse, nam de Judæorum damnis tum cum hæc scriberet Rutilius, periculum nullum supererat. Sanè Judæorum disciplina cum Christianorum dogmate eadem ab imperitis paganis habebatur. Arrianus lib. 2. Epictet. dissert. 9. καὶ ὅταν τινα ἴπαμε φοτερίζοντα ἴδωμεν, εὐδοκίαν λέγειν, καὶ ὅτιν Ἰουδαῖοι, ἀλλ' ἴσασκείνετον, ὅταν δ' ἀναλάβω τὸ πάθος τὸ τῷ βεβαυμένῳ καὶ ἠρηκένῳ τότε καὶ ὅτι τῷ ὄντι καὶ καλεῖται Ἰουδαῖοι. Sanè Iudæi signaculum non erat Baptisatum esse, sed Christiani, & Hieronymus Wolfius minime ad rem Arriani locum interpretatus est. Bene ergo Petrus Pithæus & Iustus Lipsius, summo iudicio homines, qui per latus Judæorum hic Christianos peti observarunt; à quibus nollem dissensisse doctissimum amicum nostrum. Ego verò hic etiam astutiam paganicam agnosco, Christianos enim non nominat Rutilius, ne Imperatoribus ingrata scriberet, veritatem jam amplexis, nominat Iudæos etiam Christianis exosos, & quidem cum virulentissimis convitiis, per quos, sciens utique differentia, eos peti quos instituerat, sine ullo sui incommodi metu.

398. *Victoresque suos Natio vincta premit.*] Vides ut dissimulet scire sese quid distent Christiani Judæis, scilicet uti non planè diffiteatur quorum inimicitiam jactare velit. Sanè non poterat nescire Imperatores Iudæos non esse, sed Christianos, ideoque differentia horum ignota homini vaferimo esse minime poterat.

398. *Victores premit vincta.*] Horatius; *Græcia captiva ferum victorem capis.* — quod cum Rutiliano hoc post alios contulit Vincentius Alfarus Ephemeridum lib. 1. cap. 5. Alludere simul videtur ad Oraculum vetus etiam Gentilibus non incognitum circa tem-

tempora primorum Imperatorum orituros ex Iudaea qui Orbis terrarum imperio potirentur. Suetonius Vespasiano cap. 4. *Percrebuerat Oriente toto velus & constans opinio, esse in satis ut eo tempore Iudaea profecti rerum potirentur.* Id misera & sine luce vera Gentilitas ad Vespasianum trahebat. Exstat idem vaticinium apud Tacitum.

402. *Naturalem sinum.*] Portum non manufactum aut opere munitum humano. Sinus est quod cavitas illa recipit, & brachia amplectuntur. supra V. CCXLIII.

*Interior medias sinus invitatus in ades
Instabilem fixis aera nescit aquis.*

Gremium vocant alii. Pericus Altifiodor. lib. 6. *Delubri gremio pacis subeunte triumpho.* Idem; *In gremium duxere suae solemniter urbis.* Modoinus ad Theodulfum, — *populorum Doctor erat Paulus carceris in gremio.*

404. *Pharos.*] Nota Pharos Memphitica. ab ea omnia eminentia aedificia, turrium instar, & ab harum similitudine alia hoc nomine censentur. Vide doctissimi Brodæi Commentaria ad Anthologiam lib. 2. cap. *etsi duxerit.* Nos in Adversariis.

405. *Speculum.*] Scribe eum viris doctis — *speculam.* Quæ quemvis editum locum denotat. Secus de altero.

407. *Castellum.*] Lege Berterii Pithanon lib. 1. cap. 6. *Quem praestantissimum virum plura ejus generis omne Romanum Imperium illustrantia commentari optabile fit,*

407. *Castellum geminos hominum fraudavit in usus.*] Hæc est scriptura vetus. Correxerunt fundavit nulla difficultate. *Barth. Advers. xxv. 15.*

410. *Grandia consumpsit mœnia.*] Tempori omnia subjacent, & ab eo consumuntur. Ovidius lib. 27.

*Tempus edax rerum, tuque, invidiosa vetustas,
Omnia destruitis, vitiatæque dentibus ævi
Pauulatim lentâ consumitis omnia morte.*

Idem

Idem lib. 4. de Ponto.

*Tabida consumit ferrum lapidesque senectus,
Nullaque res contra tempora robur habet.*

Maximianus:

*Ipsa etiam veniens consumit saxa vetustas
Et nullum est quod non tempore cedat opus.*

Cicero pro Marcello 3. *nihil est opere aut manu factum quod non aliquando conficiat & consumat vetustas.* Seneca lib. 3. Nat. *Urbes constituit ætas, hora dissolvit.* Ser. Sulpitius lib. 4. *Familiarium Cicer. Epistolâ 5, nos homunculi indignamur si quis nostrum interit, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant.* Aufonius Epigr.

Miramur perisse homines? monumenta fatiscunt,

Mors etiam saxis nominibusque venit.

411. *Interceptis vestigia muris.*] Ne hæc quidem exempta communi omnium interitu. Seneca Epistolâ 92. *Non vides quemadmodum in Achaia clarissimarum urbium jam fundamenta consumta sint, nec quicquam exstet ex quo appareat eas saltem fuisse.* Vide Petrum Fabrum lib. 1. Semestrium cap. 9.

412. *Latis.*] Melius scribas. *latè.*

413. *Solvi*] In elementa sua; moti. vide supra ad versum cxxxix. Prudentius mortem sic circumloquitur.

*Deus ignee fons animarum
Duo qui socians Elementa
Vivum simul ac moribundum
Hominem pater effigiasit.
Rescissa, sed ista seorsum
Solvunt hominem perimuntque
Humus excipit arida corpus
Anima capit æura liquorem.*

415. *Crebrefcit fama.*] Duæ sunt à ventis qui increbrescere dicuntur cum flaminibus augentur. Virgilius in Cæiri.

Cum levis alterno Zephyrus concrebuit Euro.
Papinius Thebaide. 4.

M

fugien-

fugientia carbasa visu

Dulce sequi, patriosque dolent crebrescere ventos.
Caesar lib. 3. de Bello Civili. Cum jam nostris remissio-
re vento appropinquasset, idem Ausper increbuit,
nostrisque praesidio fuit.

Horatius;

Obsequio grassare, mone cum increbuit aura.

419. *Optarem verum complecti carmine nomen.*] Volusianum intelligere docuit nos Jacobus Sirmondus ad Sidonium.

421. *Cognomen versu.*] Utique in his verbis mendum latet. Potest tamen ut haec sana sint & in eo illo sequenti versu navus hareat. Pithæus Veneri edidit. Veteres autem Editiones Veneris praferunt. Castalio; versans Veneris. Quod immane est. Mihi transpositis per abbreviationem non satis perceptam litteris scriptum fuisse à Rutilio nostro videtur.

Cognomen serva Veneris, Charissime Rusi.

Tu, inquit, amicorum optime, serva cognomen illud tibi à Venere impositum, quo te jam olim carmine concelebravimus.

423. *Meos dignata penates.*] Secum honorem ante gessisse autumat. Penates autem dicit, qui prima die, ubi honor capeffendus talis erat, frequentes viri clarissimi cum Amplissimo ordine ad fores processuro in curiam aut rostra novo Praefecto aderant, eumque honoris ipsius gratiâ deducebant, unde ipse Honorad Penates talium provenire credebatur. Exempla apud Claudianum, Symmachum, alios huc ne trahantur, & copia ipsorum & virorum nostro avo doctorum diligentia facit.

424. *Vota secunda.*] Post honores ipsi gestos, nihil optabilius erat Rutilio quam Venerium Rusum iisdem frui, & eo loco in quo ipse fuerat conspicuum videri.

424. *Polle coronato.*] Hujus moris cum crebra mentio sit apud scriptores, immensa exempla notarunt Justus Lipsius ad Tacitum, Janus Beinartius ad

RUT. LIB. I. ANIMADVER S. 267
ad Papinium, Barnabas Briffonius de Nuptiis, Martinus de Roa in Singularibus, Carolus Paschalius Commentario Coronatum, & plurimi alii.

426. *Provecta.*] Honoribus majoribus admota, Claudianus de Stilicone — nec quos promoveris alto Turgidus alloqueris fastu —

426. *Animam meam magna portio.*] Carissimus amicus. Horatius; — animam dimidium mea, Aufonius; communemque habitas aliter ego Aufonium. Vide notas Jureti ad Symmachum.

427. *Geminata potestas.*] κοινὰ γὰρ τὰ ἴφ' ἑλθόν. Non aliter honore amici gaudet, quam si ipsemet ejus fuisset potitus, Maluisse immo ait sic honore frui, quam uti ipse eum adierit.

429. *Currere curamus.*] Hoc est dedita opera curimus. Quod genus loquendi frequens non pessimis auctoribus. Vide quæ notamus ad Galli Confessoris Homiliam, & in libris Adversariorum. Eugippius in vita Severini cap. 24. curare praemonitus, de iis sibi providere. Tertullianus contra Hæreticos cap. 7. Sed post hos omnes etiam Praxeas hæresim introduxit quam Praxeas corroborare curavit. Dionysius Exiguus ad Felicianum: Venerationis vestrae iussu commonitus B. Procl. Constantinopolitanae urbis Episcopi litteras ad Armenios destinatas Latino eloquio vestris auribus exhibere curavi. Fulgentius ad Monimum. tamquam in eo minus quam debeat videat diligere quod inquisitionibus tuis non curaverim celeriter respondere. Galdas in Invectione: precepta Christi spernentes & suas libidines votis omnibus implexe curantes, sedem Petri Apostoli immundis pedibus usurpant. Abbo in Obsidione Lutetia, libro primo. Christicola pugnans belloque resistere curant. Walafrius Strabus in Hortulo; Flumina pura cadis inferre capacibus acri Curavi studio — &c.

429. *Velis.*] Reverso vento non remis, ut nullo vel adverso, sed expansis velis iter pelago persequimur.

430. *Eous.*] Lucifer, Stella Veneris, Aufonius;

editus ante

Quam jubar & rutilus caelum illustraret Eous.

431. Incipit obscuros ostendere Corsica montes.] Insula silvosa. Avienus in Periegesi.

dilecta vago pecori confurgit Ebusos
Sardiniæque arces & inhorrens Corsica silvis.

Tertiam dignitate inter omnes insulas hanc facit
Callimachus hymno in Delum. — αἰὲ δ' Ἰξάρχος
ἰπιδεῖ Delus;

ἢ δ' ὀπιθὺν εἰνίστασι, μετ' ὄχρια κύριον ὀδύσει.

Amplitudine quidem sextum tantummodo locum
obtinet. Scylax Caryandenus in Periplo. μέγιστη
νῆσαν Σαρδῶν, δευτέρη Σικελία, τρίτη Κρήτη, τε-
τάρτη Κύπρος, πέμπτη Εὐβοία, ἕκτη Κύριον. Sed
incerta hæc talia etiam curiosissimis Græcis; nam
Sardiniam Siciliae contra hunc postponit Marcianus
Heracleota;

Εν τῷ πῶτα κλίματι τῆ νῆσοι πελάγῃ,
Κύριον τε καὶ Σαρδῶν μέγιστη λαορῶν
Μετὰ τῶν Σικελίαν νῆσον

De eadem insula hæc ad Rutilii & aliorum lucem
compendio Epitomator Strabonis lib. 4. ὅπῃ ἡ Κίον
νῆσος ἐπὶ σαυραίων κοσίμα καλεῖται ἀκείλαι τῆ φρασίμας,
πραχία τε ἐστὶ καὶ τοῖς πλείστοις μέγα δὲ σβατος
τελείας, ὥστε τὰς κατέχοντας τὰ ὄρη καὶ δὸν κισθηλίαν
ζῶντας, ἀγρωτέρως εἶναι ἀποκρίμασι. οἱ δ' ἀπὸ θαλασσοδιδόν-
τες αὐτῶν, ἀγρόμενοι εἰς θαλάσσαν, ἢ ἀπὸ θαλάσσης
ζῶν ἢ ἀγροῖσι τοῖς ἀνοσητέροις εἰσιν. μήκος δ' ἡ
νῆσος μίλια εἴς. πλάτος δ' ὁ. Σαρδῶν δ' ἡ μίλια σὺ
δε.

432. Concolor umbra.] Obscuris ob distantiam
montibus.

433. Dubitanda.] Quam pro certa agnoscere non
possis. Notavit princeps hoc elegantissimum effa-
tum Hadrianus Junius, homo bonarum literarum
consultissimus in Animadversorum libris. Claudian,
ἄτα Quarto Consulatu Honorii;

Visa etiam medio, populis mirantibus, audax
Stella die, dubitanda nihil, nec erime reufo

Lan.

Languida, sed quantus numeratur nocte Bootes.

Juvenalis Satira v.

Tota saluatrix jam turba peregerat orbem
Sideribus dubiis, aut illo tempore quo se

Frigida circumagunt pigri serrata Bootæ.

Plinius libro 6. Epist. 20. Iam hora diei prima &
adhuc dubiis & languidis diei. Plura secunda editio-
ne Musæi.

433. Gracili vanescere cornu.] Vides originem fi-
gmenti quo Luna in illa specula cœlesti cornua
Pœtis affinxit. Est autem ista comparatio elegantis-
simè ex re ipsa transumpta: Qui enim vel semel pe-
lago iter fecit & insula alicui applicuit, memor erit
se eam velut cœlo defuper aut nubibus affixam vi-
disse antequam navigium eam accederet.

434. Defessusque oculus Luna reperta latet.] Etiam
cum reperta jam defessus quærendo oculis, latet ta-
men. Nihil acutius & rei aptius omnino dicere po-
terat. Lumen festum pariter apud Papinium,

vix lumine festo

Explores quam longus ab hoc despectus in illum.

435. Ponti brevitat.] Angustia, quam euectus
jam erat primo diluculo. Brevis, parvus, angustus;
Appulejus libro 1. Ergo brevitatem gurgustoli nostri
ne spernas peto. Boëthius libro 2. de Consolatione.
Brevis habitaculi septium plures incolunt nationes. Clau-
dianus Bello Gildonico, verbis Romæ — brevior
duxi securius ævum. Notamus alibi plura. Notant &
doctissimi viri Briffonius, Formulis, Rittershusius
ad Ligurinum Gunteri, Ioannes Bernartius ad The-
baidem secundam Statii.

436. Armentale ferunt quippe nata se pecus.] Pluri-
ma maris angustia à boum tractu nomen accepere,
singtibus Pœtis, vel etiam re ipsa ignaris adhuc
navigandi primis mortalibus, ea connotare non est
hujus loci, & fecit id singulari capite vir doctissi-
mus. Fabula autem talis hæc est. Bos ex finitima
aliqua jamdiu habitata terra pontum fortè fortuna
trajecit, eum secuta ut potuit femina bubæqua,

M 3

Coria

Corsâ nomine, insulæ ubi terram pecus tenuit, nomen à suo condidit. Stephanus, vel ejus potius corruptor, clarissimo enim illi scriptori verè anima intertracta est tot nobilissimorum scriptorum locis ab eo productis, à scelerato quodam Grammatista evulsis, quo pacto etiam Hefychio suus honos exemptus est. Κόρη, ἴσος ἐν τῷ τυπῶντι περὶ δαγ, δὲ Κόρης δ' ἴσος βουδὸν.

440. Lucifugis insula plena viris.] Gentilitas signa-
ra vel scire nolens mysteria Veritatis, quibus vela-
men omnibus populis adventu Messîæ demtum est,
ut loquitur *Esaiâs* Propheta cap. 25. cum secedere
viderent devotiores à rebus humanis, morbo animi
id facere opinabantur, vel videri certe opinari vole-
bant, ut esset materia melior traducendorum & ca-
lumniarum innocentissimorum hominum: Sic
monachos pro absurdis, avaris, & incommodis
usui humano cavillantur eisdem cum Rutilio tem-
poribus Eunaapius & Zosimus, rabiosi canes Diabo-
li, quorum alter Philosphorum alter Imperatorum
vitas non alio fine scripsit quam ut à laudibus idolo-
latrîam doctorum & potentum hominum Veritati
ubique efflorescenti obstaculum objicerent. Eunaapii
verba sunt in *Adesio*, omnem Christianismum
furiosè allatrantis, quæ Græca, ob prolixitatem,
ponere non volui. *Iidem* postea in *sacra loca* invexe-
runt monachos sic dictos, homines quidem specie, sed
vitam turpem porcorum more exigentes, qui in propatulo
infinita atque insanda scelera committent, quibus ta-
men Pietatis pars videbatur sacri loci reverentiam con-
culcare. Nam ea tempestate qui vis atram vestem indu-
tus quique in publico sordido habitu spectari non abnue-
bat, is tyrannicam obtinebat auctoritatem. In eam vir-
tutis opinionem venerat id genus hominum, de quibus
etiam dictum est in *universæ historiæ Commentariis*.
Illi ipsi monachos Canobi quoque collocarunt, ut pro diu,
qui animo cernuntur, servos & quidem stagitiosos divi-
nis honoribus percolerent, hominum mentibus ad cul-
tum ceremoniarumque obligatis: ii namque condita & sa-
luta

lita eorum capita qui ob scelerum multitudinem à judi-
cibus extremo supplicio erant affecti, pro divis ostenta-
bant, iis genua submittebant, eos in Deorum numerum
receperant, ad eorum sepulchra sordibus & pulvere
conspurcati. In his nonnulli martyres, nonnulli Diaco-
ni, & legati arbitrique precum apud Deos nominaban-
tur, cum fuerint servitia insida, & flagris pessimè sub-
acta, & qua cicatrices scelerum & nequitia vestigia
corporibus circumferrent. Tangit sceleratus tabula
istis impiis verbis universum terè cleri Christiani
ordinem, quem *Janctim* lacerandum proposuit sibi,
videlicet Martyres & Diaconos nominat. Con-
cionatores sive verbi Divini prædicatores sunt quos
exemplo Oratorum veterum in publico omnia au-
toritate sua potuisse dicit. Confessores verò qui
stigmata, judicia constantiæ, Corpore suo circum-
ferebant, Zosimus autem in possidendis terris avari-
tiam monachorum exagitat, indignos scilicet ratus
qui cum non laborarent, ipsius quidem noticia,
tantum reddituum possiderent. lib. 5. *Ob eam* rem
perturbata plebe, plena Constantinopoli tumultu erat:
jamque adeo fuerat intercepta Christianorum ab eis ec-
clesia, qui Monachi vocantur. Hi legitimis nuptiis ab-
stinent & tam in urbibus quam in vicis populosa collegia
complent hominibus non maritatis, nec ad bellum nec
alium Republicæ usum necessarium idoneis: nisi quod
via (astutia) quadam progressi ab eo tempore in hunc
usque diem magnam agrorum partem ad se transfule-
runt, & sub prætextu quasi pauperibus omnia commu-
nicent, omnes, prope discerim ad inopiam redegerunt.
Et huius generis hominum in Republica potentum
calumniis puto effectum ut Christiani monachi non
tam urbes aut agros mediterraneos colere studerent
tam adversis temporibus, quam secederent in in-
sulas maritimas, ubi procul ab ambitione & curis
caducarum rerum divinis meditationibus securi va-
carent, odio mortalitatis & Diaboli ultrò cedentes.
Talem hic Caprariam describit etiam hostis Ruti-
lius. Talis fuit secessus Beati Honorati iisdem his

temporibus, insula Lerinensis, cujus sanctissimi viri vitam descripsit Hilarius Arelatensis instituti sectator fuit Eucherius Lugdunensis Episcopus, duo omnium præclarissimi suæ ætatis Antistites. Quorum vestigia insecuti alii tam celebrem eam insulam fecerunt, ut nostro tempore vix ingenti volumine memorabilia eius explicare valuerit *Vincentius Barralis*, quod Chronologiam Lirinensem inscripsit. Cujus præclaram & immortalem diligentiam utinam imitati & aliorum alii locorum Monachi, antiquitates sacrorum collegiorum excuterent & in lucem publicam sine invidia, aut decurtatione monumentorum egregiorum, magno adhuc numero delitentium, proferrent; esset ea res utilissima & jucundissima, nec laus eorum ullo tempore obsolesceret, qui non alia ratione melius de Ecclesia Christi mereri possent.

440. *Squalet.*] Non enim terræ colendæ studebant Eremitæ, sed radicibus herbarum & aquæ potu vivebant. Exempla plurima apud Hieronymum, Rufinum, Cassianum, Joannem Sinaitam in Barlaami historia, ineptè vulgo auctori Joanni Damasceno, & interpreti Georgio Trapezuntio adscripta, ut rebus sufficientibus alibi demonstravimus, Joannem Climacem, & toto eo opere quod edidit amicus noster Heribertus Rosweidus, vir eruditissimus & candidissimus, à quo plura etiam ejusdem argumenti expectamus.

441. *Monachos.*] Etymon monachorum ridet à vitæ solitaria sequela, cujus ille causam morbo animi ascribit. *σώφρονι μονίχῳ* Suida. *μοναχὸς ἢ ἔπι κατονουζῶνται εἰς ἔρηρον ἀποκαθμεν τὸ σῶμα, καὶ ζῶντας τὴν ψυχὴν καὶ σώφρονι μενίχῳ πρὶ μεταφορῶν πρὸς τὴν κρείττην.* Apud eundem Dionysius quem Areopagitam faciunt. *καὶ οἱ μὲν δεσπευταὶ οἱ δὲ μοναχοὶ ἀπομακρύνονται ἐκ τῆς ψυχῆς καὶ ἀπομακρύνονται ἀπὸ τῆς ἀφροσύνης καὶ ἐπιλάσονται τῆς ἐνοουσίας αὐτῆς ἐν ταῖς ψυχῶν διακρίσεσιν ἐπιλάσονται εἰς θεοῦ μονίχῳ καὶ φιλίαν, τελεῖται.*

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 273
τελεῖται. Plura doctissimus Meursius in Glossa-
io.

442. *Nulla teste.*] Calumnia acutissima, idem enim dicit quod votum erat monachorum, & talibus tamen verbis quæ vitam ipsorum pariter infament, fugere videlicet eos testes ob facinora.

443. *Munera fortune metuum.*] Philosophatæ jam nebulo. velut ob casus fortunæ secesserint monachi; nolle eos latis frui ne eorum inconstantia etiam ad aspera aliquando devenirent, sed mihi fidem nulla Ratione facit Rutilius sibi non melius tanta jam luce veritatis cognita fuisse Christianissimi mysteria, ideoque nulla ex parte eum rabiosa calumnia absolvo. Repetit eandem infra specie amissam amici, quem vivum mortuum dicit vitam solitariam amplexum a. V. DXVI. Et in Adversariorum Commentariis plenius hæc examinamus.

447. *Ex fato ergastula pœnas.*] Servilia ingenia servili fato sese ipsa destinare ait carceribus, non sine nota mala vitæ ante secessum actæ, quam verbum *repetunt* acute ingerit. Par calumnia apud Zosimum, qui Constantinum Magnum non alia causa Christianismo nomen dedisse scribit, quam quod in ea secta omnibus omnium scelerum pœnæ remitterentur. Pœnas dixit allusione ad eos qui servi pœnæ dantur, quorum vitam, ærumnosam imitantur, hujus quidem dictis, monachi.

450. *Bellerophonais.*] Enarrat sese ipse in hac historia: Bellerophon non succedentibus pro voluntate rebus secessit, & animum suum mœnore confecit. Cicero Tusculan. 3. *infirmum illud in animis habemus omnes bonos interitus suorum quam gravissimè mœnere oportere.* Ex hoc evenit ut in animi doloribus alii solitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophon-te: *Qui miser in campis mœrens errabat Aleis.* Ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans. Aulon. Epist. 15. ad Paulin.

*Tristis, egeus, deserta colat, tacitusque pererret
Alpi-*

*Alpinus connexa jugis, ceu dicitur olim
Mentis inops catus hominum & vestigia vitans;
Avia perlustasse vagus loca Bellerophontes.*

Cui Paulinus responderet;

*— neque me vel conjugis carpus
Vel mentis vitio; non anxia Bellerophontis
Mens est, nec Tanaquil mihi, sed Lucretia con-
jux.*

De infania hac Bellerophontis admodum rara mentio apud auctores occurrit, cum cætera ejus fabulæ ubique celebrentur.

451. *Tela doloris.*] Sunt enim animorum quoque tela & vulnera injuriæ videlicet & mali rumores. Vetus versus; *ἔξιος πηρώσει σώμα, ἔ ἢ ῥὴν ἕβης.* — Julianus Imperator Panegyrico III. in Constantium; *ποταπὸν ἢ χεῖμα λαιδορία; ὡς θυμο-
δακὲς ἀληθῶς καὶ ἀμύπηον ψυχῶν μέλλον ἢ σιδερεῶς
χερσὶν.* Sic vulnerant animum vitia, & talia Gregorius Nyssenus in Vita Gregorii Thaumaturgi: *πρὸ σήκει τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν παρὰ τῶν ἀειβῶν
μηπόντων δαμοσιε ἔδται ὡς ἀμύπητε φιλοφιλία πνι
τὴν ψυχῶν τρωθεῖν.* Eutropius lib. IX de Juliano: *in amicos liberalis, sed minus diligens quam principem
decurit, fuerunt enim nonnulli qui vulnera ejus glorie
inferrent.* Statius lib. I. Thebaidos.

*— ast illi saucia diis
Flammato versans inopinum corde dolore
Talia Juno refert*

Augustinus libro nuper refutato de Gestis Pelagii; cap XXXV. *ut animi omnium qui illorum scelerum fama usquequaque volitante graviter vulnerati sunt, Dei misericordia consequente sanarentur.* Arnulfus Lexoviensis Epistola VII. *Abbati est à nobis abjudicata purgatio septima quidem manu, trium videlicet Abbatum & trium monachorum nota opinionis & nominis, quorum juramenti vulnerata fama necessarium potest remedium comparare.* Alia ad Claudianum.

453. *Vero Vada nomine.*] Marii non satis alto. Quod

Quod genus navibus pleno cursu invecis periculofissimum, & ipsi experti sumus.

453. *Despectat.*] Acutius legas, dispectat. Hinc inde dispicit.

455. *Clavumque sequentem.*] Facilem, non magni laboris indigum. Curtius libro V. *Ferro geri bella non auro, viris non urbium rectis. Omnia sequi armatos.* Hoc est iis facilia esse obtentu. Phædrus Fabula Quinta. de Leonia societate;

*Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi,
Tum, quia plus valeo, me sequetur tertia.*

Lucanus libro IX.

— validior non ocyus Austro

Nix resoluta cadet, nec Solem cæca sequetur.

Vide Adversariorum librum Quinquagesimum Secundum cap. Ult.

457. *Incertus gemina discriminat arbore fauces.*] Nihil scriprura, *Legge.* Infertus, non natus sed infiticius, à ramis arborum in alienam stirpem insertis. Vide Scriptores Rerum Rusticarum. Infixæ autem pelago erant duæ utrimque fecus arbores, per quas medias limas patebat navigiis deducendis ne in vadis hærent.

46c. *Symplegade limi.*] Quem maris æstus hinc atque inde ceu collibratum collidit atque compingit. Symplegades insulæ, alio nomine Cyanæ, objectæ Argonautis in ponto Euxino, collisæ vento & rursus divulsæ, ne qua navis eas angustias transiret, unde ad alia transfulerunt Poëta, earumdem fictores. Ut ad obscœna Martialis & Ausonii Epigrammatis. Sensus est; *Geminis istis arboribus alio defixis, quas aliqui limi copia maris alluvio obrueret, affixerunt præcellas laurus, ut semita media clare conspiceretur.*

462. *Notas.*] Indicia certa semitarum, qua navigiis eundum foret. Onomasticon Vetus. *Nota, σύμβολα, σημεῖα.* Glossarius vetus inter numeros distinguere videtur, *Nota, inquit, χαρακτήρ; nota, σημεῖα.* Sed usus aliter docet.

470. Vita flore puer sed gravitate senex.] Indicia summorum virorum futurorum in pueritia seniles animi. Zacharias Pontifex in Vita B. Benedicti ex Gregorio Magno; ἀπὸ τοῦ ἑωσπύρου τῆ πολιτείας ἡ ἀβλαβεία τοῦ χάρου ἢ τοῦ κακοσημείου, τὸ νόμου Βενέδικτου, ὅς ἐν παιδὸν τῆ τῶς καρδίας καθεστῶτι λαμπρύνεται. Gregorii verba sunt: Fuit vir vita venerabilis gratia Benedictus & nomine, ab ipso sua pueritia tempore cor gerens senile. Claudianus Panegyrico Olybrü & Probin; ;

Capistis quo finis erat, primordia vestra
Vix pauci meruere senes.

Benedictus Paulinus libro I. de Vitâ Martini.

Quisnam, quæso, bonus, sic consummare valebit

Ut cepit teneris felix Martinus in annis.

Arnulfus Lexovicensis ad Nepotem suum.

De pueroque senem formans doctrina Poëtam

Indidit ætati non sua verba tue.

Verba senem sapiunt, ipsumque professâ Maronem

Imberbi foret pagina canitie.

Apollinaris Sidonius, Panegyrico Majorian; ;

—conjuncta potestas.

Paritii, celerique gradu privata cucurrit

Culmina, conscenditque senum Puer ipse Curulem.

Sedit & merito juvenis veteranus in auro.

Hieronymus ad Demetriadem de servanda Virginitate. ne vocis mea pro virili parte desit testimonium in ejus virtutibus explicandis, cujus, ut incluti oratoris mar sententia, spes magis laudanda quam res est, quamquam puellares annos fidei ardore superarit, & inde ceperit ubi alios desuisse perfecta consummatæque virtutis est. Ennodius Diâctione in Epiphanium XXX. anno Sacerdotii.

Alter in hoc senium teneris miratus in annis

Alter in antiqua jactabar stirpe parentes.

Beda Venerabilis in Vita Cutberti. cap. II.

Hæc

Hæc ait & pueri grandævum inspectore sensum
Spiritus instituit cunctum comes almus in ævum
Paulinus, alius à Nolano & Benedicto, de B.
Joanne Baptista.

At postquam robur membris accessit ab ævo

Jam mens plana Deo tardos prævenerat annos.

Petrus Mauritius hymno Sancti Benedicti. Sanctis te compsit puerum senectus. Petrus Picavenfis in Panegyrico.

Cerè vos aliquid juveni vidistis inesse

Unde sensu possit patribus esse Pater.

Hoc est juvenata atate patrum & seniorum Gubernaculum tenere. Prudentius Hymno Eulalia.

Ore severa, modesta gradu,

Moribus & nimium teneris

Canitiam meditata senum.

Sedulius libro II. Carminis Paschalis;

At ubi bisseos ætatis contigit annos

Hoc spatium de carne trahens, ævique meatus

Humana pro parte tulit, senioribus esse

Corde videbatur senior.

Gregorius Nyssenus Vita & Encomio Gregorii Thaumaturgi. ὅστις ἢ αὐτῆ τοῦ διαγωγῆς ἐν ἀγῶνι, ἢ τῆ μεγαλῶν τῶ ἀλεξάνδρου πόλιν, εἰς τὴν καὶ ἡ πανταχῶθεν συνέβη νεότης τῶν ἀπὸ φιλοσοφίαντε καὶ ἰατρικῶ ἑσπουδακότων, χαλεπὸν ἦν τοῖς βυλλίξαι δέμα, ἢ ἑωσπύρου τῆ πολιτείας ἐὶ σωφροσύνη κοσμήμεν. Callimachus Hymno in Jovem.

Ὅδῃ δὲ δὴ βίαιος, ταχέως ἢ τοῖ ἀδούτοις

Ἄλλ' ἐπὶ παιδὸς ἔαν ἐφρασσατο πάντα τέλεια.

471. Germanos mores.] Unis velut parentibus natos. Claudianus junior de Hercule — proles Germana Tonantis. Germanæ vites apud Columellam lib. III. cap. II. &c.

472. Amicitias.] Claudian. Mall. Panegy.

—rursusque receptis

Nec lit amicitias quicquid discordia solvit.

473. Habenas.] Magistratum. Regimen. Papinius ad Domitianum; — maneat hominum contentus habe-

as.

nis, Symmachus lib. ix. Epistol. LXXXII. depositus
Reipublica habenis; Silius libro I.

rerum Asdrubali traduntur habena.

Valerius Flaccus libro V. Caucasus atque tuis pari-
ter mitescat habenis. Habena disciplinae apud Vale-
rianum Sermone primo.

474. Prædecessoris.] Majoris astimandus quia
Rutilium poterat superare, & ipse ante eum eo ho-
nore, de quo loquitur, potiri; ante habuit autem
succesum amici suo Albinus contentus post eum
eundem gradum ascendere, Fraternalis hæc civilitas
erat, De tali Martialis:

Contulit ad Satiras ingentia pectora Tarnus,
Cur non ad Memoriam carmina? frater erat.

475. Salinas.] Notanda est longè elegantissima
Salinarum descriptio quam dubito utrum pari mo-
do & tam absolute in omni Antiquitate reperias.
Vide Plinium libro xxxi r t x. cap. vi. Pulchra etiam
descriptio apud Manilium libro Quinto;

Quin etiam magnas poterunt celebrare Salinas

Et pontum coquere & ponti secernere virus.

Quum solidum certo distendunt margine cam-
pum

Appelluntque suo deductum ex aquore fluctum,

Claudendoque negant; tum demum suscipit undas

Area; tum Pontus per solem humore nitescit,

Congeritur siccum pelagus, merisque profundi

Canities emota maris, spumaque rigentes

Ingentes faciunt tumulos, pelagique venenum,

Quodque erat usus aqua succo corruptus amaro

Vitali sale permittant, redduntque salubrem.

Collatis his duobus locis doctissimorum Poëta-
rum omnem rationem veterum Salinarum velut
conspicillo videbis, ut ea hodieque in locis ubi So-
lis vehementia operi sufficit, fieri conspicitur. Alias
salinas procul à maritimis fluctibus celebrat Cicero
de Nat. Deorum libro Secundo.

486. Astrecto flumine plaustra vehit.] Hoc mira-
culum Romanis habitum quotannis nos videmus.

Ovi-

Ovidius inter penè incredibilia ponit.

488. Pari fomite opus dispar.] Calor cum sit caussa
indurans, crusta tamen salis frigida est. Nonnullis
gentibus è sale muniri ædes memorat Julius Solinus
cap. XXXI. Polyhistoris.

484. Et gravis astrecto crusta calore coit.] Eleganter
imitatur Lucretium. lib. vi. de R. Nat.

Una nocte vias quoniam per sepe videmus

Siccari, mollisque luti concrecere crustas.

Barth. Advers. xxv. 15.

489. Juncta fluentia gelu.] Aqua quævis glaciata
Sole admisso liquefcit, Sal cum aqua sit marina
per Solem crustam ducit.

492. Amara.] Adversa. Omne quod inimicum
est amatum vocant Græci & Latini scriptores. Vi-
de quæ ad Cyngeticum Gratii versus CCCXC. no-
tamus.

493. — nostra pars maxima mentis.] Vide Com-
mentarium amici olim nostri, cujus omni æternitate
immortale nomen in litteris nostris erit Isaac Calau-
boni ad Sat. V. Persii.

498. Prosperiora tulit.] Quam Sapientes sum-
mam virtutem putant: Estque laus Constantiæ,
adversam Fortunæ faciem Exceptam habitu quo
prospera mentis eodem, ut laudat Heroem suum
Claudianus.

456. Capta Tholosa.] à Gothis, qui capta vi bel-
li Aquitania Regiam sedem Tolosa, principe A-
raulfo fixerunt. Collesor Chronologus ex libro III.
Idacii cap. II. Gothi sedentes in Aquitania Tolosam sibi
sedem eligunt, à mari inter Rhenum & fluvium Rhoda-
num per Ligerim fluvium usque oceanum possident.
Idem anno xiv. Theodosii Junioris: Bellum Gothi-
cum sub Theodorico Rege: apud Tolosam Litorius dux
Romanus, cum auxiliis Hunnorum magna manu ir-
ruens, caesis parte plurima suis ipse vulneratus à Gothis
post dies paucos capitur & occiditur. Tributæ illis se-
des ista à Constantio, quem ad Casareum post fa-
ugium

ftigium admovit Honorius. Idacius, ut à Jac. Sirmundo editus est. Olympiade ccxcix. *Gothi intermisso certamine quod agebant, per Constantium ad Gallias revocati, sedes in Aquitania à Tolosa usque ad Oceanum acceperunt.* Cassiodorus ejus Regni Gothici principium facit annum quo Theodosius Quintus, Honorius Nonus Consules fuerunt. *Et hoc regnum est, quod Athaulfum Regem Gothorum in Galliis sibi confirmasse scribit Jornandes Geticorum cap. xxxi.* Isidorus in Chronico Æra CCCCLIV. *Wallia* tribuit, qui secundus ab Ataulfo Gothis imperavit, *Wallia*, inquit, *per Constantium Romanum patricium ad Gallias revocatur, data ab eo Gothis ob meritum Victoriæ ad habitandum secunda Aquitania usque ad Oceanum, cum quibusdam civitatibus consensum provincialium.* Sigebertus Gemblacensis Anno Christi ccccxi. *Aquitaniam Gothis ab Honorio traditam scribit.*

498. *Pectore non alio prosperiora tulit.*] Magnanimitatem & prudentiam hominis laudat, quarum virtutum prior non alio laudabilior apparet quam contemptu opum, & talium Fortunæ Bonorum quibus efferantur animi fortunatorum. Sic animum Fabritium vocat Claudianus quia contempsit regium aurum.

—animosaque Pauperis umbra Fabritii.—

Idem de Virtute: *Nil opis externa cupiens, nil indiga Laudis, Divitiis animosa suis*—Vide ad priorem locum qui est primo in Eutropium v. ccccxi. Animadversiones nostras.

498. *Pectore.*] Constantia, Sapiens enim & Fortis eadem laus est. Amalarius Fortunatus libro de Antiphon. Ordine; *Nam & sapiens vir fortis dicitur, unde Horatius Poëta.*

Fortis, & in se ipso totus ieres atque rotundus.

499. *Conscia Thule.*] Thule insula Romanis ultima habebatur velut ab ea nulla jam per universum Oceanum habitabili. *ἄρκτου τήνην ἢ ὄνομα Σαρδίων.* vocat Eulthatus Commentario ad Dionysium Periegeten

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 281
riegeten. Vide doctissimum virum Joach. Vadianum Commentario in Tertium Melæ.

500. *Quicumque.*] Scribe—*quicumque*—*Ferox autem Britannus gentis veteri elogio, vel turbistorum illorum sanè maximis & magnâ tyrannorum serie in ea insula. Acriter de Britannis suis Gildas in Invektiva: Hac insula erecta cervice & mente ex quo inhabitata est, nunc Deo, interdum civibus, nonnunquam etiam transmarinis Regibus & subjectis ingrata consurgit. Quid enim deformius quidque iniquius potest humanis ausibus vel esse, vel intro-mitti, negotium, quam Deo timorem, bonis civibus caritatem, in altiore dignitate positus absque fidei detrimento debitum denegare honorem, & frangere divino humanoque sensui fidem, & abjecto cali terraque metu propriis ad inventionibus & libidinibus aliquem regi? &c. Ubi vides ferociam plane singularem. Et apud Aufonium Epigrammatis concluditur Britonem neminem esse bonum, nimio Gallorum in eos odio. Gulielmus Brito lib. x. Philippidos audaces viros vocat.*

Audacesque viri quos illa Britannia gignit.

Quicumque arva dixit Rutilius, quia Romanorum quondam opinio fuit eam Insulam quæ circum-quaque post cognita & emensa est, non minori spatio patere, quam totum cæterum orbem habitabilem. Rufinus ex Josepho lib. II. de Bello Judaico cap. xv. *Considerate autem etiam Britannorum muros qui Hierosolymorum muris considunt. Illos siquidem circumdatos Oceano, & pene non minorem, quam nosser est, orbem habitantes (sub Tito primum innouit Britanniam insulam esse. Ut auctor est Xiphilinus in Vita ejus) Romani navigantes redegerunt in ditionem suam, quatuorque legiones tantæ magnitudinis insulam tinentur. Eamdem insulam quondam tyrannorum nurriculum, suo tempore Philosophiæ domicilium factam scribit Gulielmus Malmisburiensis libro 1. de Gestis Regum Angliæ. Mirificam hujus gentis ferociam rebus prosperis describit Henricus Hun-*
tin-

tindoniensis ipso sine libri primi Historiarum. De victu & in talibus tolerantia pulcrè Bundwicæ bellatrix Britannorum in Oratione qua centum & viginti millia militum adversus Romanos concitavit, apud Joannem Xiphilinum ex libro LXI. Cassii Dionis: *δὴν οἱ ἔβου* (inquit, Romanos vituperans) *καὶ σιὰς & σείπης σίτη τε μεγαλύτερη καὶ οἶνος καὶ ἑλαίης δέονται, καὶ ἄρα τὸ τέτοιον αὐτῶς ἑπιπέτη διαφθείρονται, ἡμῶν δὲ δὴ πᾶσι ἔβου πῶα καὶ ῥίζα σίτος ἐστὶ, πᾶς δὲ χυμὸς ἑλαῖον, πᾶν δὲ ὕδωρ οἶνος, πᾶν δὲ δένδρον οἶκισ, καὶ μέλι καὶ τὰ ζωρία ταῦτα ἡμῶν ἔβου σιὰς & σύμμαχα, ἐκείνοι δὲ δὴ καὶ ἄρνας, καὶ πολέμια, καὶ πᾶς ποταμὸς ἡμεῖς ἔβου γυμνοὶ δὲ ἔβου ἔβου, ἐκείνοι δὲ ἐπὲ πλοῖοις ῥαδίως παραινῶνται.* Describuntur mores & armorum genera ab eodem Dione in Severo. Possident, inquit, montes asperrimos sed sine aqua, itemque campos desertos, sed sine frugibus, plenosque paludibus, nec habent castella, nec oppida, nec agros colunt, sed è pastura & venatione frugibusque nonnullarum arborum vivunt, nam pisces, quorum ibi maxima est, & innumerabilis copia, non tangunt. Degunt in tentoriis nudi & sine calceis, utuntur promiscuis uxoribus, & quicquid eis nascitur, alunt, Statu populari ut plurimum reguntur. Latrocinantur libentissime, militant in curribus, equos habent parvos & celeres. Pedites etiam sunt tum ad currendum velocissimi, tum ad consistendum una firmissimi. Horum arma sunt scutum & hasta brevis, in cujus inferiore parte pomum est ex are, ut, dum concutitur, hosteis sonitu perterrefaciant. Pugiones quoque habent & sarnem, frigusque, & arumnas omnes tolerare possunt. Nam & in paludes se mergunt, ibique ad plures dies perdurant, caput extra aliquam modo habentes, & in silvis corticibus atque radicibus arborum aluntur. Certum cibus genus parant ad omnia, minime esurire aut sitire solent, &c. Quibus subdit Severi tempore dimidiã tantum Britanniam Romanis paruisse. Bellicosissimam cadumque avidissimam gentem, Galearum & loricarum contemtricem describit

He-

Herodianus sine libri Tertii. Epitomator Strabonis libro 111. εἰσιν δὲ οἱ βριταννοὶ δὲ μὴ κείναι τῆς σώμασιν. τὰ δὲ ἦδη ἀπλῆστα καὶ βαρῆρατα ἔχουσιν ἡσθ οἱ κέλτοϊ. ὡς ἐνταὶ διὰ τὸ ἀρνοῦν, καὶ τὴν γαλακτοῦ δὲ πορῶντες, & τυροποιεῖν. ἀπειροὶ δὲ εἰσιν & κηπίαι καὶ λίαν γαστριᾶς ἡσθῶν. πολλοὶ δὲ αὐτῶς οἱ ἔβου εἰσιν. περιτραζαῖται γὰρ δένδρεσι καταβιβληθείοις δρυζοφῶν κύνων, ἐπιταῦτα καὶ αὐτῶν χαλυβοποιεῖται, τὰ βροκίματα κατασθιδείσεις δὲ ὡς πολλῶν ἔβου. &c. Lege ipsum Strabonem, Martianum Heracleotam sine libri secundi profa scripti. Pomponius Mela Libro Tertio capite Sexto. Fert Britannia populos Regesque populorum, sed sunt inculti omnes, atque ut longius à continenti absunt, ita aliarum opum ignari magis, tantum pecore ac finibus ditēs, incertum ob decorem an aliud aliquid, virio corpora infelli. Deferoçiã & timore, junctis plerumque apud animos mortalium, Britonum priscorum Tacitus Agricola. Inde poscendis periculis eadem qua Gallorum audacia, & ubi advenere, in detractandis eadem formido. Plus tamen ferocia, Britannii præferunt, ut quos nondum longa pax emollierit, Ob ferociam hanc & rebellandi consuetudinem à Romanis obsidebantur intra spatia destinata, oppositis legionibus, ne in ditionem ipsorum transirent, ut auctor est Tertullianus libro contra Judæos, Non tamen etiam antiquissimis temporibus sine cultu ingeniorum Britannia, adeoque ut Druydes disciplinam suam inde petiisse in Galliam scribat Cæsar libro vi. Belli Gallici, eoque commigrasse ejusdem cupidos. δὲ ἐπὶ καὶ τῶν οἱ παύτων ἀνεβῆς μαρτυρεῖν δέλοτες εἰς τῶν βιταννῶν ἀπῆσιν. sit eiusdem interpres Græcus. Munitionibus divisa insula ab Adriano octoginta millia passuum longis, ut scribit Spartianus, muro cespitio Antoninus Pius, ut Iulius Capitolinus. Per transversam insulam murum duxit, utrimque ad fines Oceani munitum Severus, ut idem Spartianus testatur. Maxima insularum habita, unde Græcis μαγαλήνησθ, ut notavit vir per omnia

284 C. BARTHII AD
omnia admirabilis Is. Cafaubonus ad Vopifci Tacitum. Quorum imitatione posterioris ævi scriptores Insulam tantum, velut *Κατ' Εξ' Χω* appellarunt, ut notamus in Adversariorum Commentariis. Britones ipsi ob semotam à nationibus cæteris ipsorum terram videntur in contentu, comparati quidem cum cæteris fuisse, ut clarum ex Epigrammatis Aufonii CVII.

*Silvius iste bonus fertur, ferturque Britannus,
Quis credas civem degenerasse bonum.*

*Silvius hic bonus est: sed Brito est Silvius idem
Simplicior res est, credite, Brito malus.*

Joannes Saresberienfis extremos hominum vocat Epistola CLIX. non à situ sed existimatione, uti ex comparatione clarum: *Si prudens est venerabitur iudicium Domini, qui non imperatores non Reges, non principes nationum, ut ipsum domaret, elegit; sed extremos hominum Britones.* Sic ad puniendam ingratitude Solomoni recedentis à Domino non iam principes erexit quam servos abiectos. Suo tempore inhumanos, ritu incolarum aspero fuisse memorat Julius Solinus cap. XXV. ubi gentem bellicosam & inhospitam sanguine victorum victores vultus obtinere solitam fas & nefas eosdem animo ducentem rituque sereno pueris adhuc nascentibus amorem cadis inserentem describit. Atque ut hoc eo tempore non diffitear, ita nemo negabit ultimis temporibus fidem, Justitiam, constantiam Anglorum Britanniarum victorum fuisse nobilissimam, adeo ut in invidiam Francorum eas virtutes in illis illustrè laudet Nicolaus Clemangius Epistola xcvii. Cum Francorum alioquin laudatissima sit in talibus animositas. Lege id Anglicani nominis celebre elogium. Veterum Britonum fidem contrà notat Auctor Annalium Francorum incertus in Anno Domini DCCCXXXIV. Albertus Stadenfis contumaciam Anno DCC LXXXVI. Brutus eosdem convicio vocat Walafridus Strabus carmine de Grimaldo Magistro.

*Sic Bulgæ, Sarraque Cynos malus hospes Iberis,
Bru-*

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 285

Brutus Brito, Danus versusus, & horridus Asev.

Hæc ut obiter incidendum connotavimus, ut videat Lector bonarum notarum cupidus non frustrâ ferocem Britanniam dictam.

500. *Vicibus.*] Successivè, per vices. Ut sunt successiones dierum & noctium, quæ vices dicuntur, quia perpetuo sibi succedunt. Minutius Felix Octavio: quod tenebrarum & luminum dicam recurrenteis vices, ut sit nobis operis & quietis alterna reparatio. Arnobius libro II. non credentes vos frugem percepturos vicibus temporariis. Tamen hoc Rutilii loco potius Vicarius Præfectorum intelligetur, de quo videnda scitu utilia apud Philippum Berterium Pithanon lib. I. capite vii. Sic ad vicem Magistri Equitum institui præfæti Prætorio, ut loquitur Arcadius J. C. cap. un. de Off. Præf. Præf.

503. *Exiretum orbem.*] Toto diviso orbe Britannos, Virgilius. Quia juncta fuit olim orbi terrarum Britannia, inquit Servius. ineptè. Cum ad gloriam Cæsarium adulatoricè scribat Virgilius.

504. *Tamquam medio Rector in orbe fuit.*] Conspicuum videlicet egregiis in Rempublicam meritis, & laudatissima provinciam administratione. Hoc fatum est magnorum principum, facta eorum ubivis clare, & velut in medio Sole versari. Claudianus divinis illis Theodosii ad filium Honorium monitis IV. Consulata.

*Hoc te prætere à crebro sermone monebo
Ut te totius medio telluris in orbe
Vivere cognoscas; Cunctis tua gentibus esse
Fæstapalam.*

nam lux altissima Fati

Intrat, & abstrusus explorat fama recessus.

Manifesto hos divini vatis verus gemmeo animo habuit Rutilius, ut fons quidam perpetuus Laudum est Claudianus, ex quo Carmina & Orationes suas sequens atas floribus omnigenæ venustatis & doctrinæ illustravit. Sic de magnatum vita & moribus Pindarus scivit, plurimos nis testes esse, & ipsos mul-

multarum bonarum rerum dispensatores Pythionicon primâ.

—νῶ—
μα δικάω πιδυλίω σεατὸν ἀ-
ψιδέει δὲ ποδὸς ἀκμοῖν χαλ-
κείνῃ γλάσσαν
εἶλε καὶ φλαύρον παρῆθυσ-
σει, μέγα τὶ φέρεται
παρ' σθεν. πολλὸν ταμίασ.
εἰαί. πολλοὶ μάρτυρες ἀμοφτέροισι πσοί.

Quorum versuum extremo melius aliquando legendum suspicabar ἀμοφτέροισι πσοί. Hoc est tam in bonam quam in sinistram partem, verum magis est ut sequamur Scholiasta interpretationem tam mendaciorum quam veritatis testes intelligentem. Eodem pertinet quod scribit ad Liviam Ovidius in Consolatione;

*Imposuit te alto Fortuna, locumque tueri
Fussit, honoratum, Livia perferonus.
Ad te oculos auresque trahis, tua facta notamus,
Nec vox missa potest principis ore tegi.*

Sic de Pastore officium suum rectè curante Ioannes Climacus λέγει ποδὸς τὸν πειδίω. cap. v. καὶ δίσονό πορῆζωσ πῶ τε τῆ ἰσσηκῶν πῶ τε τῆ πορῆζωσ πῆσιν ποδὸς αὐτὸν πολλὴν θῆασεται, καὶ ποδὸν καὶ πῶσιν ἰσσηκῶν πῶσιν φυλακῆ τρεῖν ἰσσηκῶν, ἢ πῶσιν οἰς τε πορῆζει καὶ πορῆζεται γλάσσαν ἀς πάντες εἰς αὐτὸν ἀς εἰς ἀρχῆτυπον εἰκῶνα βλέπει. Gunterus libro Quarto;

*Nec princeps latebras nec Sol desiderat umbras
Abscondit Solem qui vult abscondere Regem—*

Hinc lux dignitatis apud Arcadium Carisium Ictum cap. unico de Officio præfecti pratorio. *Ut enim intuce constituti conspiciuntur omnibus, sic Fama radii omnia clarorum virorum manifestant.* Symmachus libro I. Epist. cxi. *Mediolani te agere ante literas tuas Fama pertulerat, quæ nihil ignorari de conspiciis viris partiunt.* Plura ad Claudianum, iterata Editione, quam ope librorum Septemdecim

cim partim à viris doctis, partim à nobis collatorum talem emittemus, ut immortalitatem meriti vel solo opere posteritatem persuasuri videamur. Et jam pulsata Repagula liber incomparabilis diligentia, faveat modo Numen.

505. *Plus palma est.*] Amplius Gloria. Plus cadenti Latinitati ita crebro utitur, raro integra. Vide ad Appulejum.

507. *Sacra Comes addiis aula.*] Vides originem Comitum hodiernorum, vel tituli potius; dignitate, ut in cæteris, barbarorum victoriis & moribus invectis, aliò derivatâ. *Comites* nimirum Principum qui in Aula alicui officio præerant, ut Comitatum Principis honore aliquo administrando auferent. Estque ea appellatio antiquior quam credat facilè qui vulgo assentiri velit. Eodem enim pertinet quod de Zopyro atate Divi Nervæ scribit Julius Frontinus Strategematum lib. III. cap. III.

Cyrus Persarum Rex suum Comitem Zopyrum explorata ejus fide, truncata de industria facie ad hostes demisit, ille commissam sibi Babyloniorum urbem tradidit Cyro. Sic interpret Historiæ Apollonii Tyrii vetustas, quamvis ab recente aliquo Monacho interpolatus. Et dixit ei, ego sum Apollonius Tyrius, cui dimidium tribuisti tribunalium, & donavit ei CC sesterlia argenti, & servos, & ancillas, & fecit eum Comitem suum usque dum vixit. Sic de Nervæ ejusdem temporibus Monachus Græcus in Vita D. Petri ex Clementis Recognitionum libris contracta. τῶν τε ἰσσηκῶν ὁ πονηρὸς τῶν κατ' ἐκείνη κατ' ἐκείνη τῶν ἰσσηκῶν Κόμης Πύβλιος & Τερτυπιανὸς &c. Qui tamen ignoratione Rerum Romanarum suas fatetur inanias, ut docuimus Adversariorum libro xxxi. cap. xiv.

508. *Summos gradus.*] Dignitates, honores; Latibet;

*Summum ad gradum cum dignitati veneris
Consistes agrè, & citius quam ascende decides.*

Quia nempe non uno velut saltu ad culmen dignitatum devenitur, sed per gradus velut scanditur

tur ad summos honores per inferiores. Vopiscus in Caro: *Hic per civiles & militares gradus, ut tituli statuarum ejus indicant, Praefectus Pratorio à Probo factus.* Symmachus lib. 10. Epist. 40. Nunc Ioannes, vir P... non cum gradum quem subrogandis dederunt divalia scripta, sed summo proximum conatur adipisci. Appulejus lib. 10. ut ejus prosapia atque dignitas postulabat, gradatim permensis honoribus, quinquennali magistratus fuerat destinatus. Sic ceterarum rerum, quarum non uno impetu potimur, gradus esse dicuntur, ut gradus laborum in studiis, apud Petronium Satirico. *Gradus virtutum.* Vellejum Paterculum. *Gradus vocis.* Curium Fortunatianum lib. 3. Rhetoricæ. *Gradus facti.* Claudianum Conf. Mallii. *Gradus perceptionis.* Augustinum Confessionum lib. 5. cap. 14. *Gradus exercitationum militarium* apud Vegetium Prologo. *Gradus vitiorum* apud Cassianum lib. 7. Institut. cap. 7. *Gradus perfectionis* apud Fulgentium Epist. 2. ad Gullam. c. 7. *Gradus stili* apud Sidonium lib. 4. Epist. 3. &c. 508. *Ruris amore.*] Imitatione vetustissimorum Sapientum qui naturæ bonis æstimabant felicitatem humanam potius quam iis quæ externo splendore fulgentia, vanitatem omnium oculis ingerent. Qua mente etiam Paulus Apostolus Christiano præter victum & vestitum nihil optandum aut desiderandum præcipit. priore ad Timotheum cap. 6. Turpilius Comicus.

*Profecto ut quisque minimo contentus fuit
Ita fortunatam vitam duxit maxime.*

Ut Philosophi ajunt isti quidem quibus satis est.

EO pertinent quæ supra ad versum CVI. notavimus & videnda elegans Claudiani dissertatio, ubi quæritas opes naturalibus opponit lib. 1. in Rustinum carm. ec. & seqq. cum nostris inibi Notis. Etiam ad Augustinum primo de Civitate, cap. 10.

512. *Littoris unda jubet.*] Melius est quod excogitavit Iosephus Castalio—*littoris aura*—*Aura litus persans.*—Quam lectionem flagitat distinctionem

chon subsequens de tranquillo flatu,

513. *Aplustria.*] Glossarium vetus. *Aplustria* πῆρον πλοῖς ὁ ἔνυ. Festus; *Aplustria*, navium ornamenta, quæ quoniam erant amplius quam essent necessaria usu, etiam *amplustria* dicebantur. Quæ quidem veræ nugæ sunt. Et scribendum *armamenta*; ornamenta enim numquam sunt necessaria usu. Sic tamen & Scholiastes Juvenalis ad Satyræ 10. *Aplustre* tabulatum ad decorandum superficiem navis appositum: alii dicunt *rostra*, navis, ornamentum, *puppis*, ἀράξ. Sic distinguas ea verba. Sidonius Panegyrico Majorani;

—sic torva Pelasgum

*Colchis in aplustri steterat, trepidante marito
Absyrum sparsura patri*—

Lucanus lib. 3. —*cujus dum pugnat ab alta
Puppe Tagus, Grajumque audax aplustre retentat
Terga simul pariter missis & pectora telis
Transgiiur.*—

Silius Italicus lib. 15. —*jamque per undas
Et transtra & mali laceroque aplustria velo
Ac miseri fluitant revocentes æquora Nautæ.*

Vide eo loco & Commentaria Claudii Dauisquicij; cui observatum pro velis usurpari *aplustria*, firmatur hoc loco Rutilii nostri.

518. *Perditus hic vivo funere civis erat.*] Civem suum ait monachismo se induisse, homo sacrilegæ in paganismo pervicaciæ. Vivum funus, homo hominum consortio semotus, solitarius, rupi cuidam aut eremo affixus velut. Manilius de Andromeda lib. 5.

Virginis & vivæ apitur sine funere funus.

Potesit tamen ut in voce *Civis* nomen aliquod virile lateat.

523. *Illuvie.*] Squalore, qualem affectabant veteres monachi in victu videlicet, cubitu, & vestitu vilitatem & duritiam affectantes. Exemplum det Beatus Germanus Antissiodorensis, de quo ornatissimis eo xvo versibus scripsit Hericus Monachus,

300 C. BARTHII AD
chus, cuius de cultu ejusdem verba sunt, propter
raritatem auctoris adscripta.

Ex quo namque die dici concepit & esse
Forte facer, tantâ carnem Impietate subegit,
Os ut ab omnimodis exin secluserit escis;
Queis avidum affeclant humana saporem,
Non usum Cereris, non usum denique Bacchi,
Iam tum vel labiis passus contingere summis.
Non oleum, non ille cibis insumfit acetum;
Quo sine nulla placent, exsistent lautissima quam-
quam.

Præficcis dapibus satis adjumenta negavit,
Festa dies requiem si quando indixerat oris
Induto Carnem nitidâ de virgine verbo,
Vel cum Tartareo victor rediurus ab Orco
Extulit humana secum vexilla salutis,
Singula solemnibus pro religione diei
Induluisse ferunt expensis pocula parciis,
Vina, sed irriguis undantibus obruia lymphis,
Nativum abnuerant nec jam modo vina saporem
Corpus inane cibo sustentaturus inertis,
Davidis memor ille boni, cui carmina Cura,
Libavit primo cineres, sic hordea sumsit:
Is modo panis erat, factum sumsisse reatus
Alterius manibus; si non hunc impiger ipse
Excuteret moleretque suis, ferre peritus
Externo an proprio victum sudore pararet,
Quodque foret manuum felix probitate suarum.
Temporibus sumsisse cibum forte Voluptas
Qualemcunque foret: præceps cum linqueret arva
Phœbus in Hesperias occasu prioris undas
Præficcis dapibus certam præscripserat horam.
Ad medium hebdomadis quoties duravit inanis?
Sapiens in septem traxit jejunia noctes.
Quâ tulit æstivos anni pro parte calores
Hæc tulit & rigidas ipsâ cum veste pruinas,
Vestis erat tenui tunicam supplese cucullâ,
Ciliciumque intus latitans; hoc horrida membra
Dura cuius: nullo molles in tempore somni,

Sum-

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 301

Sumta semel jugi numquam toga cessit ab usu
Tradita pauperibus nisi cum successit in usum
Aut atria nimis nullos deceffit in usus.
Ac velut hostiles in planum fundere turres
Quisque ruens, validâ premis obsidione rebelles
Non prius absistens teneat quam mania Victor.
Hisdem animi corpus vexans, acerrimus hostis,
Exosusque sibi, nunc his, nunc erit illis,
Mortificare modis; jejuniis afficit intus
Asperitate foris; domitoque immane Leonis
Aspera proponens dum deteriora minatur;
Onova perdomita nimium constantia Carnis!
Naturæ cui jura datum est superare potentis!
Ingenitumque homini pedibus substernero * pathos.
Lectus erat quadri gracilis complexio ligni,
Flammarum exsurgens cinerisque aspergine duri
Margine plena tenus, confectus jamque jacentis
Durerat de mole cinis, rigidique ferebat
Terga soli, duræ dederant stratoria setæ
Pertenni subiecta sago; quâ plurima cervix
Verticis excelsi superam conjurgit ad arcem,
Nulla viri supposita caput reo extulit unquam
Dammarat sic membra solo: quid noctibus ille
Quot non contraxit fessis de corpore vestem?
Raro pedum tegmenta tulit

Alia infinita exempla congerere liceat, quibus
corpore afflicto sanitatem menti integriorem qua-
siverunt veteres monachi quod institutum contra
omnem rationem niti videbatur pagani, quibus
mors semper imminens vita bonis frui imperabat.
At Christiana Sapientia contra, gnara corporis for-
titudinem semper inimicam esse menti, de quo
egregiè Salvianus Epist. Quinta ad Catturam foro-
rem: Quamvis ego nec hanc quidem tibi, quam per-
tulisti terrestris vasculi infirmitatem ob fuisse existi-
mem, cuius fortitudo, ut scis, semper inimica est
menti. Ut te jure nunc tanto fortiorum spiritum putem
quanto imbecillior carne esse cepisti. Caro enim, inquit
Apostolus, concupiscit adversus spiritum, spiritus

N 2

ad-

adversus carnem. Hac enim invicem sibi adversantur, ut non quæ vultis illa faciatis. Ergo si repugnante corpore, quæ volumus facere non possumus, infirmandum carne est, ut optata faciamus: Et verum est: Imbecillitas enim carnis mentis vigorem exacuit, & affectus artibus vires corporis in virtutes transferuntur animorum. Ut mihi genus sanitatis quoddam esse videatur hominem interdum non esse sanum. Nulla enim admodum tum spiritui cum corpore, id est divina indoli cum terreno hoste luctatio est. Non turpibus flammis medulle astuant, non male sanam memem latentia incendia succendunt. Non vagi sensus per varia oblectamenta lascivunt, sed sola exsultat anima lata corpore affecto quasi adversario subjugato. Gaude ergo alumna Christi, nunquam habitatore Deo dignior fuisi: quanto imbecillior corpore, tanto purior sensus. Vincentibus carnem tuam morbis, tu mente vicisti. Habere quodam modo naturam anime etiam in corpore cepisti, at mihi non solum magna Dei dispensatione, sed etiam magno munere & ante egrotasse & nunc convalescere videaris. Plura qui cupis legas pulcherrimum Nicolai Clemangii librum de fructu rerum Adversarum. Nec inscii talium etiam Philosophi fuerunt, siquidem Anonymus Auctor libro de Virtute ait: Bona carnis affectio anime est miseria & calamitas, & quantum exterius homo corrumpitur tantum æternus renovatur. Vide multis Simplicium Commentario ad Enchiridion Epicteti. Aneas Gazæus in Theophrasto, Dialogo plusquam aureo, quem nonnulli tamen Zacharia adscribunt. ε γδ ἀμνησθεῖς ὅτι πένια καὶ νόσος καὶ θάνατος εἰσὶ ἀισχρὰ εἴτε καὶ σωματικῆ καὶ φιλοσοφία δοκεῖ, εἴτε πολλὰς πολλὰς ἀπέλησεν. αὐτὸς γὰρ ὁ Σακράτης ὅτι πένια μίγα φρονεῖ, καὶ πλεον αὐτῶν ὀνομαζει, καὶ φιλοσοφίας φίλου. ἄσφαλ καὶ ἡ νόσος τῶ θεαρεῖ μίγα πῶς φιλοσοφίαν ἐψησμεθαίμεσθα. εἰσὶν ἄλλων εἰς τὸ μίμησθαι, ἀλλὰ μὴ καὶ θεαρεῖ τῶ ἡμῶντα πάντα συμβαλλεται πῶς τὸ εὐπορεῖν φιλοσοφίας, ἢ ἡ νοσῶντα καὶ τετραπῶς ἐπιτελεῖ. ὁ δὲ δὴ πλάτων εἶρηται γδ' νοσῶδες χρεῖον καὶ τῶ

καταλαβὼν ἐδίδεξε βεβήθητας τὸ πλέον ἀφαιρέσει. Quæ tortassis alterius loci, ad confutandum rationibus & auctoritatibus impudentiam Rutilii huc contulimus, qui ut Christianos maledicac etiam Philosophiæ suæ obliviscitur.

523. Pasce.] Delectari, gaudere iis. Claudianus — sanguine pasce. Turpe ferumque putes. — Optatus Afer lib. 2. neque enim Ecclesia dici potest quæ cruentis moribus pasceatur & sanctorum sanguine & carnis opimatur. Hieronymus Epistol. ad Innocentium. Igitur Consularis pasce cruore luminibus ut fera quæ gustatum semel sanguinem semper fuit, duplicari tormenta jubet. Avienus in Periegesi; — impiger agros

Incola decurrit, sicut arum dira cruorem
Gens hominum & sevo pascentur pectora bello.
Tacitus Historiarum lib. 3. Audia est severissima Vitellii vox, se pavise oculos spectata inimici morte. Rogerius de Contemptu Mundi cap. 9. quia si quis adhuc hujus vitæ voluptatibus pasceatur ab æterna Sapientia intellectu separatur. Pulcre ab hoc verbo Pastores Christianæ Ecclesiæ, sive Episcopos, sui temporis gulæ & voluptatibus deditos illud Bernardus Morlanensis libro Tertio ingeniosissimorum Rhythmorum de Contemptu Mundi:

Cæna sit afflua, Pastor ad ardua fercla recumbit,
Est cibus undique, tunc ibi denique pastor habetur,
Vera vocabula pasta cibus gula re proficietur,
Sed sua pascea non nisi menstrua sunt animarum.

524. Lasis Deis.] Homines ab aliorum moribus abhorrentes aut vexatos inconstantia animi, Deos abhorrentes dicebant veteres. Quos ab iis infestari per mare & terras undique credebant, nec iis sociabantur sine metu insignis periculi. Dionysius Periegetes.

τὸς γδ' ἀλλοτρίοις
εἰν ἄλλοι καὶ γαλῆ καὶ κῆρ μύερα θήκατο δαίμων.
Horatius;
— Vt abo qui cereris sacrum
Vulgarit arcana, sub iisdem
Sit trabibus, fragilemque mecum

Solvat phaselum

In versu Dionysii δαίμων quemlibet Deum notat, quod non attendentes interpretes nonnulli, male Poëtam cœperunt. Generalius enim ea vox significat, ut vides multis locis in indigitamentis Orphei. Sic de Diana Euripides Prologo Hippolyti;

φάιβη δὲ ἀδελφεὸν Ἄρτιου, Διὸς κόρη,
Τιμῆ μαγίστην δαμῶσαν ἠγάθησθ'.

De Jove Cleanthes, fragmentis à Fulvio Ursino publicatis.

Οὐδὲ πὶ γίνεταί ἔργον ἐπὶ χροῖ σὲ δίχα, δαίμων.

De Venere Aristænetus lib. 2. Epist. 15. Quem locum etiam elegantissimus interpretes non percepit. Alexis notissimis versibus de Amore, qui existant in 13. Dipnosophiston. Sic ὁ δαίμων in scriptoribus omnis generis notat summum numen, interpretes vero pro lubitu alii alio transtulerunt. Ut apud Arrianum lib. 6. Anabascus τὰ πάντα κτλ δὴ ἐν ὑστέρῳ ἔχει πυχὸν ἔσοτε θυμῶστε μα καὶ ὁ δαίμων ἄγει τὰ πάντα. Vulcanius Fortunam quam Jovem Opt. Maximum interpretari nulla caussa maluit.

525. Num rogo deterior.] Melius scribas. Non, rogo, deterior?—illa enim scelerata quaestio est an non deterior sit venenis Circaei persuasio Christianorum, stupidos faciens homines & monachismo additos.

525. Circaei venenis.] Voluptatem cum Opulentia junctam veteres Circe illa venusta & carminum potente circumlocuti videntur Horatius de Ulyse.

—dum sociis reditum parat aspera multa
Pertulit, adversis rerum immerfabilis undis,
Sirenium voces & Circes pocula nasti
Quasi cum sociis stultus cupidusque bibisset
Sub Domina meretrice fuisset turpis & excors.

525. Seta.] Christianissimus. Notandum autem sacrilegos homines Christianissimum Magicarum incantationum suspectum facere voluisse, ut manifeste ex his versibus patet, & ex Suetonio Nerone

cap.

cap. 16. afflicti suppliciis Christiani genus hominum superstitionis nova ac malefica. Hoc est per sortilegia malefacientis, ut scelesti homines sanctissimos traducebant. Et hoc futurum ipsamet veritas praedixit, verba enim Domini sunt Luca cap. 6. καὶ ἐν βάλυσι τὸ ἔργον ὑμῶν εἰς πονηρὸν ἐνεκεν τῷ υἱὲ τῷ ἀνθρώπων. Id enim propter alia facinora quam sortilegia non confuerat fieri. Hinc ex duro carcere scribit Anastasia Martyr Chryfogono Confessori apud Niceforum Callistum sine libri 14. & Suidam in Chryfogono; ἐξ ὄχθης ἀνδρὶ μαρτυρῶν, ἔπειτα ἔπειτα τῷ θεῷ τῶν στήθειαν διέφυγον, δευτέρῳ τῷ κυρίῳ ἡμῶν ἰσθὲ χειρῶν τυκτὸς τε καὶ ἡμέτερος βυθῆναι ἀπὸ τοῦ μαρτύρου ἐδολοκίστερ ἔπειτα, ὅστις τῶν ἐμῶν περιεστῶν διαφείνεται μὴ μαρτὴ καὶ ἰδωλολατρῶν ἐκπατήσας, ἐπὶ ἧ ἄσυνεῖ φάρμακον καὶ ἰεροσυλον βαρυστάτη φυλακῆ παρεδέδωκεν, ὅστε μοι τῶν σπέρσων ἄσπληστον ζῶναι. καὶ εἰδὲν μοι πᾶν τὸ ἔργον ἀειλείπεται. Et quid mirum speciatim hoc crimine illos incessum cum nullius non rei sint habiti. Tertull. Apologetico. c. 2. Christianum hominem omnium scelerum reum, Deorum, Imperatorum, Legum, morum, Natura totius inimicum existimas, & cogis negare ut absolvas quem non poteris absolvere nisi negaverit. Ex Lege videlicet Christianissimi, quæ exorsum cum mundo sancit, juncta tamen consolatione, ut Deo placeat; Ignatius Martyr Epistola ad Romanos. ὁ χριστιανὸς ὅτι ἀν μισήται ὑπὸ κόσμου φιλέται παρὰ θεῷ. Athenagoras in Legatione tria capita criminum Christianis obceptorum facit τρεῖς, inquit, ἐπιφροσύνην ἡμῶν ἐξ ἁλλήλων, ἀδρότητα, Θύσεια δέπνα, Οὐδοδοεῖς μίσεις. Ad quorum primum pertinet Magiæ infimulatio apud Rutilium nostrum.

525. Num, rogo, deterior.] Scribendum, Non, rogo, deterior. Illud enim minus quam ambiguum. Barth. Advers. xxv. 15.

528. Expulsis fretis.] Molibus in altum jactis propulsum ait pelagus; Multa talia in Epistolis Seneca,

N 4

necæ, stomachantis in Luxum ædificiorum Romanorum. Horatius aliquid lib. 3. Carmin. XV.

529. *Manu junctis.*] Artificio, opere humano. Avienus Periegesi Jambicâ;

*Sic aquor omne cespiti infudit manus
Labos & olim conditorum diligens
Formam locorum & arva naturalia
Elusit arte*

Aratus Phenomenis;

*ἐκ δὲ ἀδυναμίας χειρῶν δεδιδαγμένῳ ἀνὴρ
Ἄλλῃ κολλησάμενος κολυβόεσσα περὶ χεῖρα.*

Hoc est opere ipso Minervæ divino.

530. *Conditis ante solum.*] Hoc pro miraculo habuit antiquitas in unica domo. At nos scimus oppidum in terra Germania fixis palis inter ingenta faxa & ægere desuper ingesto ita munitum atque extructum ut nulli Europæ fortalicio quicquam debeat, ad cujus comparationem nihil omnino fert Antiquitas.

531. *Contiguum.*] Propinquum, qui manu tangi possit. Gratius Cynegético;

—contiguas didicere ex artibus artes Proferere Idem;

—contiguum sorbens de flumine rorem.

533. *Facies.*] Species, habitus, Forma. Appulejus lib. 6. Interea Cupido amore nimio peresus & agrâ facie matris sua repentinam sobrietatem pertimescens. Hoc est ægro corporis habitu. Idem lib. 9. Philesternus repentina facie permotus, dimotis servulis invadit cum summo clamore Myrmecem; hoc est spectaculo, & ita proruss Rutilius noster.

533. *Pulsatur.*] Lege *pulsantur*. Non enim facies loci pulsatur æquore, sed littora, quæ maritimis fluctibus obiacent. Describit autem exeuntem in mare molem ædificiorum, non brachiis circumporrectis amplexam sinum quemdam maris ut portum supra descripsit. Et prætextitur alga quæ navibus tutum cursum præstat à furiis ventorum.

537. *Prætextitur.*] Quasi arte, non natura. Prætextitur

textitur enim rei quod eam obtegit. Claudianus. — *blando fraudem prætexere risu.* Gaudentius Tractatu primo; *Sed ipsi dies nostri, quibusdam nebulis prætextumur & non habent serenitatis lætiam.* Virgilius lib. 4. *Nec jam furtivum Dido meditatur Amorem, conjugium vocat, hoc prætextit nomine culpam.* Heticus Monachus lib. 4. Germanidos; *Jungetur hospicio prætextus paupere prado.* Et errant prolixè doctissimi homines Ludovicus Carrio & Martinus Delrius qui in Claudiani alio loco pertexere scribendum afflaverunt.

537. *Suo.*] Elegantissimè: inibi nato, ingenuo, germano. Gratius Cynegético;

*Hic & semiferam Thoum de sanguine prolem
Finxit, non alio major sua pectore virtus.*

Valerius Flaccus lib. 2. Argonaut.

Max somno cessere, regunt sua sidera puppim.

538. *Molliter offensa.*] Quia non sufficit alga morari navis cursum. Sed cedit vi ventorum & remigum peractæ.

539. *Et tamen insanas cedendo interrigat undas, Nec finit ex alto grande volumen agi.*] Verbum interrigat utique mendosum est, Josephus Castalio interligat mavult; Sensu commodo. Latere tamen quippiam remotius existimo, ut sunt corrupti in paulo etiam obscurioribus scriptores quorum unica saltem exemplaria ad nos venerunt, ut hujus sanè scriptoris nullum laudari memini præter id quo usus Petrus Summontius primus ejus editor. Par fatum Cresconii Corippi, hoc nostro inferioris.

540. *Volumen.*] Cumulum undarum. Sic fumii volumina apud Lucanum lib. 3.

—*radâ, sed raptus ab omni*

Consequitur nigri spatiosa volumina fumi.

Pariter Silius Italicus, & Rufus Avienus.

541. *Tempora navigii clarus reparaverat Eurys.*] Navigandi tempora laxaverat. Clarus, prosper, commodus, ut λευκόιοι inde nomen duxit. Horatius;

Albus ut obscuro deterfit nubila celo

Sape notus, neque parturit imbres Perpetuos——

Sic Niger idem Eurus claro contrarius apud Horatium;

Niger rudenteis Eurus inverso mari

Fractosque remos differat.

Valerius Flaccus lib. 2.

Insequitur niger & magnis tum fratribus Eurus

Intonat.

Sic *Albus ather* apud Catullum in Galliambo, *Alba stella* apud Horatium lib. 1. Carm. 12. Sol *Albus* apud Ennium.

Interea Sol albus recessit in infera noctis.

544. *Virtutis speciem.*] Qui Protadium nosse cupit, ipsius sibi virtutis effigiem conspiciendam proponat; Saxo Grammaticus initio libri 15. *Slesvicensium Antistes Fridericus perfectissimum honestatis speciem.* Sic de Zoilo contra Martialis lib. 11. Epigramm. 93.

Mentitur qui te vitiosum, Zoile, dixit,

Non vitiosus homo es Zoile, sed vitium.

Pariter autem Congeriem ipsam bonorum Manlium Theodorum suum nuncupavit Claudianus noster ejus Panegyrico;

——— *Manlii sincera bonorum Congeries*———

Aufonius : *Quid enim aliud es quam ex omni bonorum artium ingenio collecta perfectio.* Boëthius de Consol. Philos. lib. 2. c. 4. *quod vitæ pretio non segnis emeret, vir totus ex virtutibus factus.* Tertullianus lib. 3. in Marcionem V. CCLXXVII.

Conflati virtute viri———

Rutilius Lupus libro primo. *Prorsus ut aut ex hac vitia aut ipse ex vitii ortus videatur.* Rufinus in Josepho lib. 18. *Appal.* cap. 7. *Erat autem eidem Mundo liberta quædam ex parentibus nomine Ida, omnium malorum & iniquitatum coagulum.*

546. *De meritis mista figura venit.*] De virtutibus. Seculi est usurpatio meritorum pro virtute. Claudianus;

Nam

Nam mihi conciliat gratas impensius aures

Vel meritum libri, vel Stiliconis Amor.

Græcus Episcopus ad Ruricium Epistola 10. *Gratias domino quod Fidei vestra meritum sicut proficit devotione ita crescit & opere.* Casarius ad eundem Ruricium Epist. 18. *rogo ut me sanctis & illustribus precibus simul ac merito Domino commendetis.* Hoc est virtutibus, & ita quoque majorum gentium scriptores. Mixtam autem ex omni genere virtutum dicit, ut Congeriem omnium bonorum Claudianus suum Manlium.

547. *Aspicienda procul.*] Virtutes pectoris & animæ ait in ipso vultu Protadii eminere. Utique vero hic est ille Proradius, quem tantopere laudat Symmachus lib. 4. Epist. 23. & illustrat ibidem Franciscus Juretus. Certum vero atque indubitatum est animorum indicia existare in vultibus hominum egregiorum. Papinius in equo Max. Domitianum commendans;

——— *juvat ora tueri*

Mixta notis belli placidamque gerentia pacem.

Ad naturalem enim virtutem utramque tam Clementiam quam Fortitudinem aut Magnanimitatem hæc referenda sunt, & frustra alia quarunt interpretes. Ovidius lib. 2. de Arte Amandi;

——— *in vultu pignora mentis habet.*

Eleganter Achilles Tatius lib. 3. Leucippes. ὁ γὰρ νῦς ὁ μοι δοκεῖ ἐλέγχει καλῶς εἶναι ἀόρατον τὸ παρὰ πᾶν. φαίνεται γὰρ ἀκριβῶς ὡς ἐν καρπῷ ἐστὶ τῆς αἰσώσεως. Nazarius Panegyrico : in serenis frontibus animorum indicia perleguntur. Juvenalis Satira nona;

Dependas animi tormenta latentis in agro

Corpore, dependas & gaudia, sumit utrumque

Inde habitum facies.———

Luitprandus Historiarum lib. 4. cap. 15. *His auditis quia facies speculum est mentis, cordis verecundiam vultus rubore nudavit, & in viris honoribus gerendis aptis tale quippiam requiritur, uti vultus virtutum*

omne genus, ut & sermo, palam præ se ferat, Casiodorus lib. 8. Epist. 14. *Affuit mandatis regalibus eloquens & decorus Orator, permulcens etiam inspectus, quos gratissimos reddebat auditus. Tales enim decet esse Aulicos viros ut Natura bona indicio frontis aperiant, & possint agnosci de moribus, cum videntur. Tacens enim plerumque despicibilis est, si eum tantum lingua nobilitat, semper autem in honore si cuius est animus tranquillus eum quoque serenissimus commendat aspectus.* Et in Heroibus suis talia naturæ munera laudant disertissimi Panegyristæ & Encomiastæ, Isocrates, Aristides, Julianus Imperator, Pacatus, Stadius, Nazarius, Mamertinus, Plinius, Claudianus, Sidonius, Corippus, Venantius, Paulinus, & immensa vis præconum ingenio Virtutes perennantium.

550. *Roma sui præsulis.*] Summos honores Romæ gessisse Proradium testatur; vide Juretum dicta ad Symmachum Notâ. Præsul summum magistratum, vel alioquin eximium notat, de quo alibi.

552. *Virtus fortunam fecit utramque parem.*] Scilicet secutus est iste Protadius scitum nobile in quo omnis humana Sapientia versatur & absolvitur, velle quæ accidunt, non quæ accessura, voto suo astringere velle. Aufonius pulchrè de Patre suo;

*Felicem scivi non qui quod vellet haberet,
Sed qui per fatum non data non cuperet.*

*Non opulens nec egens, parvus sine sordibus egi,
Vicum, habitum, mores, semper eadem habui.*

Quo eodem pertinet sequens Rutilii distichon.

552. *Virtus fortunam fecit utramque parem.*] Divinè ita emendavit, & nimis bonam sententiam restituit Pithæus. Veteres habent utraque. Barth. Advers. xxv. 15.

555. *Regum rectores.*] Romanos principes quibus jus erat in Regna tumidissimorum Regum, Sic de Manlio in summo post Imperatores magistratu Claudianus, ejus panegyrico;

— sed in omni corpore sumpsit

Impe-

Imperium cunctaque dedit tellure regendos Rectores, Hispani tibi Germanaque Thyetis Paruit, & nostro diducta Britannia mundo.

Cassiodorus lib. 8. Epist. 10. *in tantam se similitudinem ejus cogitationis adjunxerat ut causis recognitis quod ille velle poterat iste suâ sponte peragebat. Defensorem omnium suis tractatibus adjuvabat, & ministrando Consilium regebat ipse Rectorem.* Quæ loca notarunt & Savaronius ad Sidonium, & Cæsar-Bulengerus lib. 3. de Imperatore. Illud notandum est vetustis moribus vetitum erat Romanum ducem Regis nomine censere, ut post alios scribit Appianus, Εμφουλ. β. Ipsos tamen primos principes cum postremis hoc eodem titulo esse gavisos. Sic Valerius Flaccus sub Vespasianis scribens lib. 6. Argonaut.

Romanas veluti sævissima cum Legionibus Tisphone, Regesque movet, quorum agmina pilis Quorum Aquilis utrimque micant.

Reges Romanorum jam inde ab Augusto agnoscit Idatius, doctus & celebris Chronographus, in excerptis libri 2. à Canisio Editis. Domitianum disertè Regem appellat Stadius 4. Silvarum;

Tunc omnes patuere fores, lætoque dederunt Signa polo, longamque tibi, Rex magne, senectam

Annuit, atque suos promisit Iuppiter annos.

Arcadium Claudianus libro secundo in Rufinum versu cccxiv. Valentinianum Augustinus lib. 9. Confessionum cap. 7. annus erat aut non multo amplius cum Iustina Valentiniani Regis pueri mater hominem iuvenem Ambrosium persequeretur. Constantium Hilarius in Fragmentis Historicis; hocque renovatum quo etiam in Romani Imperii provinciis, quies capitur, Rex angitur, palatium fervet, Episcopi circumcursant, officiales volitant. Idem libro contra Arrianos & Auxentium; Etiam importuna interpellatione suggesti, Auxentium blasphemum esse & omnino hostem Christi habendum, atque adjeci eum aliter credere quam

Rex

Rex ipse aut alii omnes haberent. Sic Gracis de ultimis & primis Imperatoribus loquentibus nulla cautio nominis Regii. Gregorius Nyssenus in vitâ Thaumaturgi de Cæsare; ἢ τῷ μεγάλῳ ρηγεῖοῦ πόλις ἐστὶν ἡ βασιλεία· πῶς ὁπίσημος τῶν τῶ ἀρχῶν τοῖς βραχυστοῖς κεραινομένων, κἄσπαρ τὸ ὄνομα, ἐργῶν καὶ πᾶσι τοῖς χροῖσι ἀλλ' ἐπὶ τῷ ἰδίῳ ὄνοματι Νεοκασάρειαν καλεῖσθαι ἠξίωσεν, De Theodosio Magno Nilus libro II. de Primatu Papæ. ἢ ἡ τρίτη συνόδος παρὸς τὴν βασιλείαν Θεοδοσίου γράφουσα, ἐδδμηκοσὶ πταῖοντι ἀποστολικῶν κἀνοῖσθαι μέμνηται. De aliis alii. Illud notandum etiam ultimo avo & jam barbaro Rectoris nominatos Imperatores Romanos. Agobardus Episcopus Lugdunensis Libro de Utroque Regimine: mulier tanquam legitima Domina revocata est in Palatium, & prælata consiliis & consiliariis, cujus instigationibus mutata est mens Rectoris, & caput duris cornibus ventilare filios. Hoc est Imperatoris Ludewici. Et eodem titulo maximi alii quoque magistratus censebantur, ut Major Domus sub Dagoberto Rege Francorum Grimoaldus apud Desiderium Episcopum Cadurcenum in Epistolis: Domino illustri totius aulæ, immoque regni Rectori Grimoaldo Majori Domus Desiderius Exiguus servus Dei. Et primi quoque principes Romani absolute eo nomine nominabantur. Plinius lib. II. cap. VII. hac nunc caelesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis avi rector Vespasianus, fessis rebus subveniens. Rector autem moderator, ut hoc Rutilii loco, & apud Tacitum Historia secunda de Vespasiano principe: Nec erat intactus superstitione ut qui mox rerum Dominus Seleucum quemdam Mathematicum Rectorem & prescium palam habuerit.

562. *Commilitio.*] Vide Savaronium ad Sidonii libro III. Epistolam Sextam. & libro Septimo ad Concionem ejusdem. Papinianus lib. XXVII. Quaestionum cap. XIX. de Castrensi Peculio.

563. *Officiis reverem.*] Officiorum Magister fuisse dicit, ad quem pertinebat Palatii disciplina & Scholarum

RUT. LIB. I. ANIMADVERS. 313
larum militarium dispositio. Vide Cassiodorum libro VI. Form. VI. Et quæ notant Julius Cæsar Bulingerius libro II. de Imperatore Romano, cap. XXIII. Et Iacobus Sirmundus ad Sidonii librum I. Epistola III.

564. *Pii Principis.*] Honore hujus tituli volentes utebantur etiam impitissimi principes, adeoque vix ullum Laudatorem invenias qui non cuicumque hoc ante omnia præconio blandiatur.

566. *Arnus & Ausser.*] Vide optimi & doctissimi viri Petri Victorii Variarum librum XVII. cap. III. Quæcum paribus nonnullis nos instauratorem non ultimum Humanitatis veneramus, et si juvenuli hodie *δοκασισσοφοι* & magna vis magistrorum de Scholâ strenue contemnat, ejusque memoriam amo avi etiam nostri, Amplissimi viri caussa, cum quo & coram & per litteras arcta ipsi amicitia fuit.

570. *Solus Arnus.*] Amisso nomine altero, quod in alterum gurgitem cum aquis concessit.

572. *Insereret.*] Ab insitione arborum. Sic enim alienigenæ familiis insuntur. Staius; *Vidi ego transfertos alieno in robore Ramos; altius ire suis*—— itidem de tali insitione.

575. *Genitoris imago.*] Statuta Effigiem vocat Claudianus præfatione Belli Getici.

577. *Laudibus.*] Inscriptis statuarum basi. Qualia Encomia publicè posita summorum eò tempore virorum ad nos pervenerunt Stiliconis, Symmachi, Claudiani, aliorum.

578. *Gaudia mæsta.*] Accidit enim maximis lætitiæ motibus erumpere lacrymas. Petronius; *Mentisque pavida gaudium lacrymas habet,* Gunterus lib. VIII. Ligurini.

*Quis referat stetus lacrymosaque gaudia tanta
Plebis & interna jactos Pietate dolores.*

Petrus Chrysologus Sermone XLVI. *Hic Propheta secum stetus suorum nos desiderat fundere gaudiorum, quia semper lacrymas sicut dolore magno ita pro-*
dis-

ducuntur & gaudio & restantur affectum. Claudianus
Victoriâ Geticâ;

— *visoque animi Stilicone recepti*

Singulus varios, lacrymasque gaudia miscent.

Idem bello Gildonico;

— *permixtio tremuerunt gaudia fletu.*

Paulinus Natali Sexto Felicis;

— *multo merfi mea lumina fletu*

Non solum damno, sed & inter gaudia plorans.

Exempla alia apud Diodorum Siculum in rebus
Alexandri Magni, & Paulum Orosium libro II. c.
XVII. Honorum nomina abhinc sequentia fati sunt
à viris doctissimis explicata.

580. *Fascibus & fenis.*] Sex fasces Prætoribus præ-
lati. Egehippus libro II. cap. IX. *Creta centum urbibus*
nobilis uberrima præferens regna, circumfusa undique
mari ex fluctibus tamquam manibus solita hostem repel-
lere, unum Consularem veretur, & plurimi populi seæ
fascium virgulis mori inclinantur. Talia jam à doctis-
simis viris magno sunt studio conquiritoque illu-
strata, ut supervacua Cura sit scripta repetere.

583. *Sacrarum.*] Imperatoriæ. Nihil non sa-
crum Imperatoribus etiam cum de rebus suis ipsimet
loquuntur, ut radiosè legas his in rebus Constitu-
tiones utrique Codici insertas.

587. *Probatis.*] Quos amabat longoque usu pro-
baverat. Epitaphium præscum;

O utinam vivo potuissem præmia morum

Reddere, nunc lacrymas accipe pro meritis.

Nam semper, fateor, tacita te mente probavi,

Detexit sensus ultima flamma meos.

588. *Eternas grates muiua Cura canit.*] Loqui-
tur de Statua & Encomio publico, qualia civitates
benè meritis Rectoribus, aut & provinciæ, peren-
nandæ eorum memoriæ, consecrabant, non tamen
sine indultu Imperatoris ut ex Plinii Epistolis
clarum. Sic Claudianus de sua statua, & subscripto
elogio;

Annuit hoc princeps, titulum poscente Senatu.

Vide

Vide quæ notat doctissimus Demsterus ad librum
IX. Antiquitatum Ioannis Rosini, quo nemo ferè
minore ambitione utilius & planius res præficas ju-
ventutem doceat.

589. *Constantemque sibi.*] Non leyem, tumidum,
venalem, Talia in Stilicone suo commendat Clau-
dianus noster.

592. *Duplici sedulitate.*] Parentis & mei ipsius gra-
tia. Illius memoriam, meam præsentiam in oculis
ferentes.

595. *Lachanii famam.*] Quis ille? Vir aliquis
celebris Lydiæ quondam cultus, tunc etiam Etru-
riæ, quæ Colonia Lydorum. Potest & Rutiliano-
rum aut paulo superiorum tempore quis esse. Iose-
phus Castalio quid observarit non est ad manum,
non enim habui ejus Notas cum tumultuaria opera
hæc scriberem. Theodorus Sitzmannus tacuit; Va-
rietatem lectionis contentus annotare in *ad numinis*,
quod tamen minime mutandum, cum in cætera
nulla sit idonea sententia.

596. *Turrigenas.*] Etruscos ita appellat, colo-
niam Lydorum. Vide Servium extrema Secunda
Æneide. Quare ineptum est quod terrigenas alii
substituunt. Flexit autem Græcum nomen in Lati-
nam deductionem, quasi Tyrus non Tyrrhenus
fuisset nomen Lydi fratris, unde suum Tyrrheni
traxerunt.

597. *Priscos mores.*] Quos laudavit omnium
temporum successio, nulla præsentibus sui avi con-
tempora.

600. *Corithi populos.*] Etruscos. vide Servium.

602. *Felix tam simili posteritate pater.*] Alludit
Lucilium Satiricum præficus maximo pretio habi-
tum, etiam propter genus ut qui Magno Pompejo
Magnus avunculus fuerit. Neapoli mortuum eum
publico funere elatum scribit Hieronymus Chro-
nico Eulebiano. Alia notarunt jam dum viri
docti.

603. *Satyræ ludente.*] Urbano enim sale quodam
pungit

316 C. BARTHII AD
pungit & tamen vulnerat Satira; Urbanitatem Lucilii laudat Cicero.

604. *Turnus.*] Celebris inter priscos Satirographos. Floruit tempore Iuvenalis & Martialis, quorum iste cum honore ejus meminit. Vide Scholiastem Iuvenalis ad Satiram primam.

604. *Iuvenalis.*] Sanè eruditissimus scriptor, elegantissimus Poëta, & censor morum liberrimus & acutissimus, Summo pretio Antiquitati habitus. Nuditatem sermonis & vitiorum velut exinde disciplinam carpunt viri doctissimi. At talia describenda sunt ut vitari eò melius possint, sententia Dionis Chryostomi, cujus lege Orationem XXXI. quæ Rhodiaca inscribitur Estimatio autem Iuvenalis etiam ad extrema tempora duravit, Media enim Barbaria per excellentiam *Ethici* titulo citatur summis Philoſophis comparatus, ut à Joanne Sarisberienſi, Alano, & ejus generis non paucis Philologis eorum temporum. In Dionis modo laudatam sententiam clare venit quod apud Rutilium sequitur. *Dumque malos carpit præcipit esse bonos.* Non ineptè tamen Seneca contrà, talia minimè scribenda ut fieri posse ostendantur. *Ingentia Scelera melius præteruntur, quam, dum vindicantur, quod fieri possint, ostenduntur.* libro I. de Clementia cap. XXIII.

607. *Non olim sacri.*] Manifesto falsa lectio. Emacula. *Nunc: olim sacri,* &c. *Nunc* ait Etruriæ populis præfectus collapsam morum disciplinam restituit; olim vero Sacris thesauris præpositus, tutatus est patrimonium principis. Quas Harpyias dicat lectio Historiarum post obitum Theodosii Magni, quo Imperatoribus minorennibus rapinæ omnia patuerunt, neminem non docebit. Nec nos Commentaria scribimus, aut Annales temporum examinare adsumus.

610. *Pede glutine.*] Glutine velut peruncto. Similia apud Plautum & Martialem. Martialis versus vulgo editur libro VIII.

Adspicis hunc, uno contentum lumine, cujus
Lippa

Lippa sub attrita fronte lacuna patet.
Nec contemne caput, nihil est furacius illo,
Non fuit Aulolyco tam piceata manus.

At libri scripti aliam lectionem præferre dicuntur, piperatam videl. manum Aulolyco adscribentes, cum & piceata pro picata, doctorum observationibus, non sit proſus Latinum. Vide Animadversiones nostras recensitas ad Secundum in Rufinum.

611. *Luscum faciunt Argum.*] Paucissimè Plautus. Custodes autem publicos dicit qui præfecti sacris thesauris primi eos rapiebat.

612. *Volant.*] Elegantissimè. veluti ludibria vento, obvio cuique præda diripiuntur & fursum deorsumque aguntur.

616. *Nitido Noto.*] Leuconoto, Albo, sereno, placido. Uti supra.

619. *Sub tempestate maligna.*] Incerta, aspera, horrenda, noxia. Valerius Flaccus libro VII. — *Diis nata malignis Messis* — Manilius libro IV. — *Linguaque venenum Verba maligna novas mussantis semper ad aures.* Virgilius libro V.

At matres primo ancipites, oculisque malignis
Ambigua, spectare rateis —
Gratius Cynegetico. *Ac sic affectus oculique venena maligni*

Vicit tutela pax impetrata Deorum.
Adde quæ notavit Martinus de Roa Singularium lib. II. cap. II.

628. *Laxat nodos.*] Scribe. *Laxet nodos.* —
630. *Carmine præda levis.*] Carmina inter opus cantata levant ejus laborem Columella libro X. talia se scribere rusticis ait.

Me mea Calliope cura leviore vagantem
Jam revocat, parvoque iubet decurrere gyro,
Et secum gracili connectere carmina filo
Quæ canat inter opus Musa modulante putator,
Pendulus arbutus, olitor viridantibus hortis.

Sed melius reportandum Carmen capies Echo per
collium anfractus reddentem emissas voces.

635. Magnis fluctibus astrum.] Græcismus. Et
omissio vocis, qualium genera large notamus Indice
Commentario ad Appulejum.

643. Sive alio restus.] Variæ opiniones veterum
Philologorum & Physicorum de Æstu Oceani fue-
runt, neque sanè ullus adhuc etiam nostro tempore,
idoneas causas reddidit prodigiis & tamen certis
accessibus & recessibus. Varro lib. VIII. de Ling.
Lat. Sed quid plura de astris, ubi difficilins reperitur
quid sit aut fiat in motibus dissimiliter? An in mari,
credo, motus non habent dissimilitudines geminas, qui
in viginti quatuor horis Lunaribus cotidie quater se mu-
tant. At cum sex horis æstus creverunt, totidem decre-
verunt, rursus iidem, item ab his. Quæ postrema verba
mendosa ita videntur legenda: rursus iidem timent
ab his; id est fugiunt sese ipsos instar aliorum. Talis
stilus Varronis, & loci ingenium nihil aliud poscit.
Lucanus lib. 1.

Quaque jacet litus dubium, quod terra fretum-
que

Vindicat alternis vicibus, cum funditur ingens
Oceanus, vel cum refugit se fluctibus aufert,
Ventus ab extremo pelagus sic axe volutet
Dislituatque ferens, an sidere motu secundo
Thetyos unda vaga Lunaribus æstuet horis:
Flammiger an Titan, ut aleneis hauriat undas,
Erigat Oceanum, fluctusque ad sidera tollat.

Quærite quos agitat mundi labor.

Pomponius Mela libro III. Ingens & infinitum pe-
lagus & magnis æstibus concitum, modo inundat cam-
pos, modo late nudat, ac refugit, nec ad alios aliosque
individem, neque alternis accessibus nunc in hos nunc in
illos impetu versum; sed ubi in omnia littora, quamvis
diversa, terrarum insularumque ex medio pariter effu-
sum est, rursus ab illis colligitur in medium, & in se-
metipsum redit, tanta vi semper immisum ut vasta
etiam flumina retroagat, & aut terrestria deprehendat
animalia

animalia, aut marina destituat: neque adhuc satis co-
gnitum est anhelitu ne suo id mundus efficiat, retractum-
que cum spiritu regerat undam undique. si, ut doctio-
ribus placet, vitum animal est, an sint depressi aliqui
specus, quo reciproca maria residant, atque inde se rur-
sus exuberantia attollant; an Luna causas tantis me-
tibus præbeat. Ad ortus ceriè occasusque ejus varian-
tur, neque eodem assidue tempore, sed ut illa surgit ac
demergitur, ita recedere atque adventare comperimus.
Plura Legas apud Plutarchum ad Æi apor. libro II.
cap. III. Plinium, Seneccam, Solinum. Inprimis
doctissimum enarratorem Mela, Joachimum Va-
dianum.



AD LIBRUM II.



Erfu I. *multa volumina passus.*] Velut
inuitus. Sic enim patiendi verbo ele-
ganter utitur Latinitas. Prudentius
Hippolyto;

— *cogunt animalia fræni*

Ignara insueto subdere colla iugo.

*Non stabulis blandivi manu palpata magistræ,
Imperiumque equitis ante subacta pati.*

Papinius Thebaide Prima; Tunc quoque mulcentem
dictis corda aspera Regem jam faciles—passi—Si-
lius lib. XIV.

Caligare alto in solio nec pondera Regni

Posse pati. —————

Seneca Epistola V.

Divitias pati non posse infirmi animi est.

Valerius Flaccus lib. VIII. Argonaut.

— *haud hoc nunc genitor putat, haud dare Penas*

Jam scelesti, dominumque pati. —————

Claudianus — *parvo procede sepulcro Entropium*
passure Cato — Ausonius Panegyrico. *Consulego,*
Imperator Auguste, munere tuo non passus septa neque
campum.

3. *Tadia.*] Longa volumina fastidiosa legenti.
Prudentius;

Sed jam tempus iter longi cohibere libelli,

Ne tractum sine fine ferat fastidia carmen.

Notum vetus dictum. *μῆζα βιβλίων μῆζα χρόνῳ.*
Vide quæ ad Callimachum notarunt doctissimi
viri.

8. *Qui notat inscriptus millia crebra Lapis.*] Notif-
simum hinc lapides veteribus dictos pro miliaribus,
quæ singula singulis Lapidibus denotabantur. At
grandiora spacia faciebant Leucæ vulgo appellatæ;
uti

RUT. LIB. II. ANIMADVERS. 321
uti existimo, non sine vitio. Ego vero ex Nithar-
do, scriptore satis nitido & accurato, ubi partium
studio non peccat, didicisse mihi videor unde origi-
nem suam trahat, appellatio certi spatii itineris
apud veteres discreti quod Leuca perperam, ut puto
vulgo nuncupatur, cum *Leuva* sit genuinum nomen,
quod cursum & destinatum certum spatium cursus
denotat; Sic verò rectissime semper in eo auctore
scribitur, ediditque ex membranaceo Codice do-
ctissimus Pithæus. Nithardus libro II. pag. CCCCL.
Quamobrem obviam Lothario atque Aureliansensem
urbem hinc inde petunt, castra ponunt distantia ab invi-
cem plus minus Leuvas. VI. Legatos hinc inde diri-
gunt, Idem Scriptor, pag. CCCCLX. castra autem
ab invicem distabant Leuvas plus minus tres. Libro
III. pag. CCCCLXIV. Bernardus Dux Septimania
quamquam a loco prædicti prælii plus minus Leuvas tres
desuerit, neutri in hoc negotio supplementum fuit. Eo-
dem CCCCLXIX. Distabat enim Urbs eadem plus
minus Leuvas. XXX. Lib. IV. pag. CCCCLXX. Di-
stat enim Wormatia Mettis leuvas plus minus. LXX.
Theotonis autem villa plus minus octo. Quam scriptu-
ram & Originationem veram esse nemo negaverit,
qui Germanicè sciat. Porro Leuvarum etiam veter-
um spatium, ex his Nithardi verbis facile suppu-
tatu erit, nec enim rectè faciunt, qui milliaria
Germanica Leucas vocant, sive Leuvas deinceps
vocaverint; utpote grandiora, quam quibus con-
veniat vel postremus iste locus Nithardi nostri vel
origo ipsa vocabuli. Milliare enim unum hodiern-
um Germanicum multas Leuvas continet, supe-
riorum quidem certè, ut vocamur, Germanorum.
Nam Belgarum milliare iter ferè unius horæ est, no-
stratum verò unum aliquod vix duabus horis ut
plurimum conficitur. Leuca autem seu Leuva passiv-
um erat tantum mille Quingenorum, ut observavit
cum aliis supra laudatus insignis Antiquitatis
Vindex & Illustrator Petrus Pithæus, Adversario-
rum libro I. cap. XIII. & discretè scribit in Glossario

suo Papias. Sic igitur Wormatia Septuaginta Leuvis distat ab Mettis, quæ nec totis viginti nostris milliaribus inde reparatur. Theodonis autem Villæ numerus non dubito quin corruptus sit apud Nithardum, cum inter eam Urbem & Metropolim Mediomatricum quinque milliaria Germanica metiri liceat. Quare addito numero denario scribendum existimo, plus minus XVIII. Si enim Septuaginta Leuæ XX milliaria Germania conficiunt, quinque fere millia XIX. Leucas aequali numerorum proportione præstabunt. Hæc ex libro XLVI. Adversariorum capite Nono huc transcripsimus; illustratura utriusque rem nulli omnino antehac perspectam.

Verf. 9. *Partimur trepidum per opuscula bina tumorem.* Petrus Pithaus ita edidit in Collectione Poematorum, Et coniecit *timorem* scribendum. Neutro nobis opus, qui veterum Editionum *ruborem* retinendum omnino arbitramur, Quæ lectione nihil aptius aut melius pro sententia excogitari poterit. Pudorem enim suum in honorando lectore civiliter præponit. Porerat & de rubrica, qui distincti libri, intelligi. Sed illud magis est.

11. *Maris obsidione.* Ab urbium circumvallatione & obsidione quævis affixa & assidua mansio obsidionem denotat. Ita *obsidere aliena matrimonia.* Valerius Maximus dixit, ut dudum notarunt viri doctissimi. Lucretius lib. IV. — *ser*

*Crassior insequitur qui cuncta foramina complet,
Obsiditque vias oculorum, ne simulacra
Possint ullarum rerum conjecta moveri.*

73. *Radiis crispantibus aquor.* Tremulum quemdam fulgorem & potius intelligendum quam eloquendum indicat hoc verbum. Virgilius; *Bina manu lato crispans hostilia ferro.* Dracontius in Hexamero: *Murmure quod venti flantes vaga marmora crispant.* Alcimus Avitus libro V.

*Non jus par numero quorū cælum pingitur astris
Aut quis ser vescit pelagus crispantibus undis.*

Hinc

Hinc *crispare cachinnum* translato dixit Persius, & Sedulius lib. II. Paschalium; *Alter amat stertus alter crispare cachinnum.* — Silius libro VIII.

Non illis solitum crispare hastilia campo.

16. *Aërio monte.* Præcelfo. Virgil. Georg. III. — *aërias Alpes & Norica si quis Castellæ in tumultis videat.*

18. *Cernere mente.* Sunt nimirum & Menti humanæ sui Oculi, sua sunt interna lumina quibus acutissime pervidet, & rerum pretia non paulo acutius considerat oculis sensualibus. Drepanius Florus in Hymnis;

*Hunc oculis mentis inter myrteta beatas
Zacharias roseo sidere vidit equo.*

Eligius in Homiliis: *nec jam metuo mortem quia viderunt oculi cordis & corporis mei salutare tuum id est JESUM.* Paxiter Plato commate in Diogenem Cynicum apud Laërtium. Manilius libro IV. Astronomici;

Quosque dedit Natura oculos deponere mentis.

Damianus Epistolâ ad Leonem Nonum: *ad ipsum speciei meæ oculos levo cuius hæc erga me fieri iusta oculi examinis perpensione perpendo.* Faustus Rejenfis Epist. VII. *Habet siquidem & interior noster homo oculos suos quibus se conscientie testis introspicit.* Ruricius libro I. Epist. I. *olim desiderio pii Amoris infuso, illis te, quibus scribere dignaris, oculis cordis intueor.* Stephanus Tornacensis Epistolâ CVIII. *Aperiat super eum obsecro paternus Apostolica Pietatis Oculus maternus Ecclesia Romana sinus expendatur.* Adrevaldus de Translatione Benedicti cap. III. *Quod ille spiritalibus oculis iste oculis patrum carnes conspicebat.* Julianus Pomerius lib. II. *contra Iudæos: Et hæc iustitia fidei qua iustificamur atque mundamus cum ea qua oculis non vidimus cordis oculo contuemur & credimus.* Gildas ad Clerum Britannia. *Quid ad hoc dormitantibus animæ oculis adspicitis.* Marius Victor Massiliensis lib. I.

O

mentis.

mentis, nube remota, Immittant in cælum oculos. --
Sedulius ad Macedonium. Moxque ut cordis oculos in-
terior caligo deseruit. Quintus Hilarion. *Dux oculo-
rum cordis est ei Virtus Dei Patris & Sapientia Christus.*
Paulinus Panegy. Celsi.

Ergo oculos mentis Christo referemus & aures.

ὄφθαλμὸς νοῦτος; apud Cydonium de conte-
menda morte. Auctor Martialis Lemoviceni Epi-
stolâ ad Burdegalenses cap. v 11. *Oculos Cordis vestri
assidue ad misericordiam divinitatis ejus erigite.* Con-
cillii Nicani Diatyposis iv. *τὴ βέλτιον ἡμῶν ἐστὶν
αἰσθητὶς ὄφθαλμὸς, ἀλλὰ τοῖς νοεῶσι καταν-
εῖν.* Pacianus Paranetico ad Pœnitentiam. *Excæcatus
hirundo novit oculare de sua Chelidonia, nos lumina
mentis amissa nulla mala tractationis radice curabi-
mus?* Fulgentius Responso III. ad Ferrandum;
*Unde non poterat capere Deum? Quia oculum cordis
unde caperet non habebat.* Ibidem; *Corporis oculo
habebat sanos & cordis sancios.* Idem de Remiss.
Peccator. libro 1. cap. xv. *Oculus per luminis infusio-
nem potest percipere luminis visionem. Sic & remissio
peccatorum cum hominibus datur procul dubio cœcitas
cordis expellitur, ut lumen iustitiæ oculo interiore cer-
natur.* Wipertus in Leone Nono, libro 1. cap. vi.
*Quasi illud beati Papæ Gregorii Dicitur jugiter præ
oculis mentis videtur habere, Primus esse non audeat qui
subesse non didicerit.* Gregorius Magnus Homiliâ X.
*Unde necesse est, fratres carissimi, ut semper pavidi
semperque suspecti ponamus ante oculos cordis hinc culpas
operis, illinc iudicium extreme distributionis.* Walafre-
dus, per vetus scriptor Homilia de Excidio Hiero-
solymit. *Excæcat quippe oculos cordis privatus amor, &
sicut pulvis oculos corporeos excæcat, & præsentis divinit
oculum mentis excæcant ne futurum iudicium videre
possit.* Pariter Porphyrius in Vita Plotini: *Aures etiam
mens suas habet quibus percipit intelligendâ.* Ra-
dulfus Ardentius Homiliâ III. *Quadragesimâ. De-
bemus fratres mei, hominibus malignis diabolica fraude
irretitis & charitate multum compati, & eos, in quan-*

RUT. LIB. II. ANIMADVERS. 325
tum possimus, exhortationibus, minis, promissis, &
orationibus à Diabolica servitute liberare & Domino
lucrifacere, ut auris cordis prius surda ad intelligendum
Dei verbum, & os prius mutum ad benedicendum Deum
aperiantur. Hæc elegantia & jucunda adnotare pla-
cuit.

21. *Teruntur.*] à viatoribus. Horatius;
*Arat Falerni mille fundi jugera
Et Appiam mannis terit.*

Dimensio Italia hodiernis instrumentis facilius
invenitur. Neque quicquam ad horum promptitu-
dinem veterum industria.

28. *Phæbus uterque.*] Et Oriens & Occidens. So-
lem nonnulli Philosophi extingui cum occidit,
accendi cum reoritur, statuebant, quos multi con-
futat doctissimus scriptor Cleomedes, Epicurû
juratus hostis. Hujus persuasionis mentis in Poëtis
sapius occurrit cum diversos duos Soles Orientem
& Occidentem faciunt. Horatius Carmine Secu-
lari;

*Alme Sol curru nitido diem qui
Promis & celas, altisq; & idem
Nasceris possis nihil urbe Roma
Videre majus.*

Roma apud Claudianum Bello Gildonico;

— Per Solem victrix utrumque cucurri. —

Petronius Satirico.

*Orbem jam totum victor Romanus habebat
Quâ mare quâ tellus, quâ sidus currit utrumque.*

31. *Si factum certa mundum ratione fatemur.*] In-
ceptissima dubitatio. Quod enim Ratione constat,
Ratione usurpatur, Ratione movetur, & vertitur,
quod stas vices tot millibus annorum servat, quod
ad eundem finem, eumque justum, omnia de-
volvit, à quo abhorret error, quod Confessionem
Numinis etiam mutis exprimit, cujus consilio ta-
men varietas unos perpetuos ordines servat, illius
conditio atque Principium ad Casum refertur. Quod
si tale quid Casus extudit, unde non & casus regit?

An credibile omnino est cum Casus omnia gigneret, etiam contrarium sibi Ordinem peperisse? & proditum illum conservare posse in tempore & Ordine, qui ipse ubi Ordo & Tempus inveniuntur, nullus omnino & nihil est? Se igitur Casus peremit cum Ordinem peperit. Tanta stultitia humanorum pectorum, tanta cecitas animorum, immo tanta ludibriorum dæmoniacorum versutia & potentia fuit, ut non sensus humani tantum, non cogitationes, non Rationis usus sese incertis accidentibus cæcisque Fortuniis subjicerent, sed & quod viderent invisum, audirent inauditum sentirent insensum, tangerent incontiguum, Ratiocinando assequerentur, & investigabile faterentur; ut omnia uno impetu prouentes Casum introducerent, quo nominato non opus esset credere vel colere quicquam divinius homine; cum homo nescire omnino non posset, nihil omnino in suo vel corpore vel spiritu esse quod Fortunam agnoscere valeret. Sic non solum vulgaria & victui lutoque addicta ingenia ludificati sunt mali Spiritus, dum omnem iis Numinis aspectum aut sensum ærumniosis corporum laboribus extorserunt, sed ea quoque quæ contemptu censu & curis Voluptatum insuper habitis, calcata pauperie, dispresis corporis ærumnis, cœlestia aspiciere nisa sunt: Ut cum certum Numen exprimere cogitand, & Rationis numeris concludere non possent, id quod patebat undique incertitudini subjicerent; qua recepta, neque sensibus Veritas neque Numeris ratiocinatio constaret, immo Ordo omnium rerum visibilis, & oculis animoque usurpabilis, penitus evelleretur, & ex pulcherrima, nobilissima, unitissima, certissima, immutabilique nisi divino consensu, rerum omnium Catena & Societate indissolubilis, turpe Chaos, tristis confusio, illaudabilis Varietas, futilisque inimicitia membrorum tam egregii corporis produceretur; ut excæcatis oculis animorum necessitate tandem ad omnia absurda in vita patranda mortalitas raperetur.

secura

secura de vindicta malitiæ, desperans de præmii virtutum, quas Natura tamen principes & directrices actuum humanorum statuens, tanto honore mactaverat, ut nolens volens quisque in altero admiraretur, quas in semet non agnosceret. Neque hoc fieti Diaboli ludibrium. Sapientia etiam ista censebatur, & Viri Rebus & Magistratibus gestis inclyti in hac secta persistebant, etiam clara jam luce Veritatis: Exemplum præbeat Rutilius hic noster in cujus tam paucis etiam paginis summa Eruditio elucet, sed nullibi non talis ut stolidissimam Atheismi persuasionem nullibi non præferat. Adeo ut dubitatio hæc de Consilio Mundi Conditæ & Servatæ pars sit sapientissima horum libellorum, licet per se stolidissima; Cætera enim omnia eam superstitionem laudant & admirantur, cujus futilitatem nemo non etiam de plebe perspectam habebat, & vulgo in triviis irridebat.

33. *Excubitis Latiis.*] Melior scriptura Josephi Castalionis, *Latii*. Excubitorem Latio velut assignavit eum montem Natura. De Apennino Cato in fragmentis Originum, & Sempronius.

37. *Multis vitalia membris.*] Lege libros Theophili Protospatarii *ὅτι τὸ αἰσθητὸν κατὰ οὐδὴν*. Romam vero Romanumque Imperium pectori cordique mundi æquat Rutilius.

40. *Sollicitosque habuit Roma futura Deos.*] Pariter Claudianus de unico Phœnicæ;

—cunis natura laborat

Æternam ne perdat avem.—

41. *Diri Silliconis.*] Non fuit iis temporibus vir vel armis clarior, vel pacis artibus principum suorum studiosior hoc Stilicone, qui in libris Paganorum, Claudiano excepto, qui ultimum ejus avum non attigit, male audit ob Christiani sumum promotum & arcana Superstitionum excisa. In Christianorum autem Commentariis soli ferè ultimi ejus actus, recordia Honorii & Colluvie Tyrannorum filium suum Eucherium Imperio admovere conantis, vi-

superantur. Scriptores omnibus sunt in manibus, quos recensere minime nostri est instituti.

42. *Arcani imperii.*] Arcanum Imperii est veterum superstitionum quoddam velut adytum; Ceremoniarum & Ritus & Numinum statum antiquissimam, quibus conservari & conservatis consistere Imperia fatua gentilitas credebatur. Pleraque enim hujus Regna talia figmenta consilioforum hominum in intimis penetralibus sanorum colebant, quibus appensam veluti salutem publicam persuaserant vulgo; ne quis inquireret fundamenta Religionum, aut inquisita, præjudicatâ sanctitate deterritus, prodere auderet. Quâ de re plura commentario ad Civitatem Divinam Augustini nostri. Tale arcanum Romani Imperii prodidisse Stiliconem immixtis per fraudem Barbaris scribit Rutilius; & de eorumdem Rege Claudianus, idem arcanum concelebrat.

— *Procul arceat altus*

Juppiter, ut delubra Numa, sedemque Quirini

Barbaries oculis saltem temerare profanis

Possit, & arcanum tanti deprendere regni.

— Sic arcanum Judaici Imperii apud Florum lib. 3. c. 5. de Pompejo Magno: Hierosolyman defendere sentavere Iudæi, verum hæc quoque intravit, & vidit illud grande impie gentis arcanum, sub aureo vitæ calo, Tale arcanum Tantalici Imperii, erat Arius. Seneca Thyeste:

Est Pelopis alti nobile in stabulis pecus

Arcanus aries, ductor opulenti gregis,

Possessor hujus regnat, hunc tanta domus

Fortuna sequitur.

Plura notata vide in Commentariis recensitis ad Claudiani locum adscriptum, qui est libro de Bello Getico. Rutilius autem Arcanum imperii vocat libros Sibyllinos, ut pignora fatalia æterni regni eadem infra versu LV.

45. *Dumque timet quicquid se fecerat ipse timeri.*] Involutior oratio & intricatior. Scribendum adhibita Parenthesi. videtur

Dum-

Dumque timet quicquid (se fecerat ipse timeri)

Immisit Latia barbara tela neci.

Dum omnia timet qui crudelibus suis & impiis factis nihil non de se timeri fecerat, immisit Romæ vastandæ Barbaros. Tamen & vulgata scriptura explicari potest. *Quicquid sonat Quantum.* Dum tantum timer quantum se ipse timeri fecerat, omnia evertere voluit. Tyranni qui omnia concutiunt metu, vicissim ipsi omnia metuunt, Claudianus;

Ancipites habeant arcus trepidique minentur.

Quicquid, quantum notat; ut ad eundem docuimus.

49. *Ipsa satellitibus pellis Roma parebat.*] Non loquitur, puto, de Captâ ab Alarico Roma Rutilius; sed Stiliconem armigeris & militibus barbaris exercitus & præsidia Romana opplevisse. Cum enim Urbs à Gothis caperetur jam non erat Stilico, siquidem constat fides Chronologis. Occidit enim Tutor ille rei Romanæ & vindex egregius anno Christiano. cccc v r r t. Romam Alaricus intra vit biennio post. cccc x. ut Herm. Contractus & alii notant. In qua historia foede se ipso dissentit Jornandes. Paginâ enim cxxri. ut & cx xri. Editionis Vulcanii extingto Stilicone urbem captam ait, at pag. LXXXV. vixisse etiam tum eum Heroem testatur. Cæcum Calumniandi studium more clericorum Chronologorum non sinit constare sibi hominem alioquin non indotum. Sic Stiliconem plerique cum Rutilio nostro collussisse autumant Alarico, at Zonaras ipsum Honorium quia Romanis esset invisus, Regem ad Urbem occupandam evocasse scribit. Tanta varietas tradendi & tam immane partium studium à diversitate Religionis in hujus ævi scriptoribus est ut quid de quoque viro summate statuendum sit, parum omnino constet. Ambitiosissimum Stiliconem faciunt plerimi at nullam in illo virtutem nobiliorem Modestia fuisse, non verbis, sed rebus ipsis demonstrat Zosimus, alioquin ipsi infensissimus, lib. 5. ubi

330 C. BARTHII AD
 mors & dies mortis describitur, annus videlicet is
 quem supra laudavimus, Dies 10. Kal. Septembr.
 Ut hoc tamen constet, non vixisse tempore capta
 Urbis Stiliconem. De pellito vestitu Barbarorum
 fati alibi notatum.

52. *Ante Sibyllina fata cremavit opis.*] Hoc faci-
 nus illud est hujus Herois, quod ipsum paganis om-
 nibus exotissimum fecit; tot enim secula servatos
 Sibyllinos libros, ut Christianismum, idolorum
 vaticiniis everfis, stabiliret, ex ipsis adytis Roma-
 norum Penetralium productos cremavit, & ita om-
 nem superstitionem consulendorum Dæmoniorum
 eradicavit. Consulantur hac de re Historicorum
 Commentaria. Illud notandum etiam post exustio-
 nem hanc Græcis Sibyllinos quosdam libros super-
 fuisse, quibus natio levis & superstitiosa, vel fictis
 veros referre nisi est, vel consolata naufragium su-
 perstitutionis, nova introducta supellectile, satisfacere
 curiositati suæ voluit. Scribit enim Luitprandus
 Ticinensis in Legatione sua Constantinopolim
 sub Othone Imperatore Germano. Niceforo Imp.
 fatalibus illis libris prædictam victoriam de Assyriis.
*Habent, inquit, Græci, & Saraceni libros quos Ægypti-
 ois sive visiones Danielis vocant, ego autem Sibyllinos;*
*in quibus scriptum reperitur quot annis Imperator quin-
 que vivat, qua sint futura, eo Imperitante, tempora,*
*Pax an simulas, secunde Saracenorum res an adver-
 se. Legitur itaque hujus Nicefori temporibus Assyrios*
*Græcis non posse resistere, huncque septennio tantum vi-
 vere, post cujus obitum Imperatorem isto deteriorem*
& magis imbellem debere surgere, &c. Quo loco vi-
 des & postremos Græcos superstitibus Sibyllinis u-
 sos. Quæ vero hodie exstant carmina congeries sunt
 non unius ævi Poëmatum, pleraque tamen futilia,
 paucissima, si quæ modo, verorum speciem ido-
 neam præferentia, de quibus etiam alibi. Mirum
 vero Rutilio non incidisse aliud Stiliconis facinus,
 quod Pagani pro sacrilego & ipsi exitiali adnota-
 runt. Zosimus lib. 5. Novæ Historiæ, postquam de
 stran,

RUT. LIB. II. ANIMADVERS. 331
 strangulatione Serenæ verba fecit, λέγεται και ὁ
 Στελιχωνα δι' ἐτέραν, & πόρρω ταύτης ἀσέβειαν ὁ
 δυνεὶ τὰ δόξιατα μὴ διαφυγεῖν. και 370 γδ' ἑυ-
 ρας ἐν τῷ ἱερῷ Κραπτοκίω χρυσία πόλιν ἔκκολλη
 σαθρὸν ἡμικισμῶνας δολικεπισσῆ ποσοτέτα. τὸς
 ἡ τῶτο πληρώσαι ταχθέντας διρεῖν ἐν λει μάρει ὁ
 θυρῶν γεγενημένον. MISERO REGI SERVAN-
 TUR. ὅσπ' ὅσιν ἀθλία τυχερῶνα φυλάσσονται. ἀθ-
 λίας γδ' καμεινῶς ὁ βίον δόλοποιον

57. *Omnia Tartarei cessent tormenta Neronis.*] Ne-
 ronem pro execrandissimo homine Antiquitas ac-
 cepit, cui omnia pœnarum genera apud inferos im-
 precatur, ut Rufino Claudianus. Unde Ecclesiastici
 scriptores diritatem temporum Antichristi præpin-
 gere studentes, Neronem redituum scripserunt,
 eaque persuasio diu in Ecclesia fuit.

61. *Diverticulo.*] Velut de regia via divertentes.
 Glossarium: *Deverticulum, ἐπιτροπή, ἐκδοσις,*
καταχώριον. Significat ipsum locum etiam ubi quis
 devertit. Aliud Glossarium. *καταχώριον Deversio-*
rium, deversiculum. In Onomastico aliter; *diverso-*
rium, καταχώριον. Diverticulum, ἀτραπός. Arno-
 bius lib. 2. *vellem cum his omnibus quibus nomen in-*
visum est Christi ab instituta principaliter defensione di-
verticulo paulisper facto talia verba miscere. Diverti-
 cula, ambages. Idem eodem libro; *Nec mihi cum his*
sermo est qui per varia sectarum diverticula dissipati hæ-
atque illas partes opinionum diversitate fecerunt.

62. *Proposito.*] Non dubitandum, *Proposium,*
 scribendum.

64. *Sole corusca.*] Ex traditis Philosophorum
 Lunam non proprio, sed à Sole ascititio lumine
 fulgere. Quod doctè alludit potius quam exprimit
 Rutilius noster. Hinc Lunam ἡδ' ἰδεδῖν indi-
 getavit Anaximander Milesius, primus, si satis me-
 mini, hujus rei observator. apud Laërtium libro
 2. Cleomedes lib. 1. τὸ ἡλαμαρυνόμενον αὐτῆς
 ἀπὸ ἡλίου ἐξ τῶν λαμπεδῶνα. Eleganter Higinus
 Astronomico Poëtico: *Luna si suo lumine mere-*

itur, illud quoque sequebatur eam semper aequalem esse oportere. Præterea si suo lumine uteretur hujus nunquam fieri Eclipsim oportebat. Geminus. ἡ Σελήνη ὑπὸ τοῦ ἡλίου φαίνεται, αἰεὶ γὰρ τὸ λαμπρὸν ἄστρον ἢ ἡλίον ὀπίσθεσσι μόνον ἔχει, καὶ ὅταν ἄστρον ἀνατέλλει τὸ ἡλίον τὸ λαμπρὸν ἄστρον ἀνατέλλει τὸ ἡλίον ἐπίσθεσσι μόνον ἔχει, καὶ ὅταν ὀπίσθεσσι μόνον τὸ ἡλίον ἐπίσθεσσι μόνον ἔχει, καὶ ὅταν ὀπίσθεσσι μόνον τὸ ἡλίον ἐπίσθεσσι μόνον ἔχει. Vestius Valens. At Luna que generatur ex Solaris Luminis refractionibus, ideoque aliena luce fulget, in genituris hominum vitam corpusque significat. Arnobius lib. 2. Alieno ex igne an propriis luceat fulgoribus Luna. Joannes Gazæus in Tabula Universi;

ἀλλὰ φάσθαι φαίνονται ἀπὸ τῆς Σελήνης

Ἀργυρῆ λάμψουσι χερσίνωνται. —
Elegantissime Nonnus in Dionysiade.

ἡλίου χερσίνωνται ἀμύτοι τιμῆται ἀίγλη
πατρὸς ὑποκλήπεται παλμφοῦς, αὐτοῦ γόνου πύρ.

Et Anacreon Odario, XIX.

πίνει θάλασσα δ' ἄστρον.

Ὅσ' ἡλίου θάλασσαν,

Τὸν δ' ἡλίον Σελήνην.

Plura vide apud Martianum Capellam lib. 8. Isidorum, Originum lib. 3. cap. 52. Diodorum Siculum lib. 3. Higinum lib. 4. Poët. Astron. Quod de primo Anaximandro dixi Plutarchus ἀποστολῆς lib. 2. c. 28. ἀναξίμανδρος ἴδιον αὐτῷ ἔχει φῶς, ἀειδίτερον ἢ πῶς. Ὁ δὲ ἡλίου ἐπὶ τῷ αὐτῷ τῷ ἡλίῳ φαίνεται τῷ Σελήνην. Sed in talibus scitum illud Seneca in omnium festivissimo & doctissimo, sed manco, mendoso, & lacero libello in Apothecia Claudii, citius inter Horologia conventuum quam Philosophos.

65. Ridentia lilia.] A nitore dentium in ridentibus relucentium. Virgil. Mixtaque ridenti colocasia fundit acantho. Sic anni tempestatem ridere dicit Lucretius.

67. Luce coloris provocat nives.] Sic Nivem eboris Appu-

Appulejus fons omnium urbanitatum dixit, libro de Mundo. Lux autem fulgorem radiis diei parem designat. De quo ad Claudianum nostrum. Et hæc spatia paucorum dierum, immò horarum ad eruditissimum hunc Poëtam commentabar, quem sanè licet ultimum Romæ occidentis præconem nominare. Nos vero & huic & cæteris bonis auctoribus alia omnia debemus, quibus hoc à fato præstitutum videtur uti posteritatis emolumento laborantes studia nostra litteris mandemus, ut & memoria nostri sit perennis in vitâ mortalium, & exemplo nostro desidia fugere, liberaliter se Nepotum laudibus commendare studeat vel in talibus juvenis: Quæ si vitiorum Libidinumque fugæ, sequelæ vero Industriæ & Probitatis se nobis eum transtulerit, sentiet aliquando non minus verè quam suaviter cecinisse Silium Italicum;

Ipsa quidem virtus sibi mer pulcherrima merces,
Dulce tamen venit ad manes, cum Gloria Vita
Durat apud Superos, nec edunt oblivia Laudem.



JOANNIS GEORGII
GRAEVII

in

RUTILII
ITINERARIUM

Animadversiones.

VIRO CLARISSIMO

T. H. J. ab ALMELOVEEN

S. P. D.

J. G. GRAEVIUS.



N tibi Symbolam, quam volebas à me conferri ad novam Rutilii editionem, à te instructam annotationibus omnium, qui à renatis litteris operam posuerunt in castigando hoc Poeta supra captum sui seculi elegante. Non multum meis animadversionibus ipse tribuo, tuis tamen desideriis, cujus causa nihil non volo, deesse nolui. Vale.

JOAN.

JOAN. GEORGII GRAEVII

ANIMADVERSIONES

in

RUTILII

LIBRUM I.

15.



Rdinis imperio, collegarumque fruuntur.] Ordinis imperium quid sit nemo potest ignorare, nimirum Consulatus, Ordo enim senatus dicitur *ἡγεμονία*. ut recte Josephus Castalio. Sed quid sit imperium collegarum, fateor me ignorare. Puto Rutilium scripisse, collegarumque fruuntur. Collegarum ordinis fruuntur, hoc est adfiscuntur in ordinem Senatorium, sicut collega senatorum. Vox hæc licet sit *μωρῆπος*, repudianda tamen non est, sententia eam postulante. Ponitur autem pro collegio, quod est Societas collegarum in uno honore positorum, ut recte Papias.

55. Nam solis radiis aequalia munera tendis.] Si sic scripsit Rutilius, non tam ad imitationem seculi optimi, quam ad morem sui temporis scripsit. Sententia hæc est, Tu Roma extendis tua munera seu beneficia aequalia solis radiis, tam late quam solis radii orbem illustrant. Munera in eadem notione accipio, ut in illis locutionibus accipitur, *facere sui muneris seu beneficii*, ut Aeneas ad Sibyllam Cumanam; apud Ovid. XIV. Met.

Seu Deatu præsens, seu diis gratissima, dixit:
Numinis instar eris semper mihi: meque fatebor

Mm-

IN RUT. ITIN. ANIMADV. 359

Muneris esse tui qua loca me mortis adire

Quæ loca me visa voluisti evadere mortis.

Nota sunt quæ viri docti dudum de hoc loquendi genere observarunt. Bruseis apud eundem Ovid. in Epistola ad Achillem:

At potius servos nostram, tua munera, vitam.

Vitam vocat ejus munus, quod Achillis beneficio esset servata. Sic Roma dicitur beneficia sua, sua munera per totum orbem spargere, totum orbem sui fecisse muneris. Sed tendere munera pro extendere fert ne Latina auris? Mallem, si suffragarentur Libri veteres;

Nam solis radiis aequalia munera fundis.

Tam late fundis tua munera, quam late in orbe nostro funduntur radii solis. Aliud est quod statim sequitur:

Quantum vitales natura tetendit in axes,

Hoc est, quantum terrarum sol tetendit seu extendit inter axes vitales, hoc est quantum terrarum situm est in Zona temperata, quam solam in nostro hemisphæro vitalem esse hominibus & animalibus credebant veteres, vide Pomp. Melam. l. 1.

63. Profuit injustis te dominante capi.] Nihil certius emendatione Jureti: Profuit invitis te dominante capi. Inviti enim populi, qui bella cum Romanis gesserunt, domiti sunt & subjugati. Injustis tolerari non potest: Barbaros ea voce significari, censet C. Barthius; non facile inveniet qui ejus subscripturi sint sententiæ. Non enim barbaræ tantum & inconditæ gentes fuerunt victæ, sed & politissimæ, Græci, Macedones, Syri, Carthaginenses, Ægyptii, Romanis ipsis longe cultiores, & a quibus Romani omnem cultum acceperunt. Nec Romani justiores fuerunt barbaris plerisque populis. Omnibus autem populis, tam barbaris, quam politis, subactis profuit imperium Romanum. Nicolaus Heinsius, summus vir & amicus, cum in vivis esset, scribendum putabat:

Profuit invitis te dominante capi.

Mox

Mox v, 70. verissime Barthius : *Convenit in mores nymen utrumque tuum.*

92. *Excedis factis grandia fata tuis.*] Sententia est, licet non erat hic dilcedendum à Panvini editione, tua fortuna magna sit, majora tamen sunt tua facta & res gestæ. Vide Plutarchi elegantissimum librum de fortuna Romanorum. Sic ostendi scribendum esse vetustissimorum librorum fide, in præmio Flori, *Ut qui res ejus legant, non unius populi, sed generis humani fata discant, ubi male in vulgatis facta.*

III. *Vernula qua vario carmine ludat avis.*] Onuphrius edidit *ludit*, invitilibris. Scripsit Rutilius: *Vernula quam vario carmine ludat avis.*

Quid loquar quam vario carmine ludant aves in illis natæ nemoribus, quæ in ipsis ædium Romanarum fastigiis erant posita, de quibus Tibullus III, El. 3.

Et nemora in domibus sacros imitantia lucos.

Et Horat. III, carm. X.

Audis quo strepitu janua, quo nemus

Inter pulcra situm tecta remugiat

Ventis?

De his sylvis pensilibus loquitur Rutilius, non de lucis publicis, ut volebat vir doctissimus. Mox v. 116. malebat N. Heinsius : *Verticu in virides Roma refinge comas* : pro quo legitur in editis : *recinge comas*. Sane *finji* proprie dicuntur crines puellarum & matronarum, Ovid. de arte amandi El. 1.

Quid toties positas fingis inepta comas?

Virg. IV. Æn.

—mollique fluentem

Fronde premit crinem fingens atque implicat auro. Exempla plura notavit ipse Heinsius ad Ovidium.

148. *Sole suo dives, sed magis imbre tuo.*] Non intellexerunt hunc locum interpretes, qui hunc Poëtam illustrarunt. Castalio & Sitzmannus per imbrem Romanum significari credunt Romanum sanguinem : Barthius putat in gratiam Romæ ibi pluc-

pluere Jovem, ne urbi desit, uberior comeat. Quasi aliter non ibi pluat, aut apud alias gentes aliam ob causam. Solus Casp. Phartius, vir elegantissimi ingenii, quem senem olim adolefens colui, recte cepit sententiam Rutilii & exposuit Electorum lib. I. cap. 4. ubi notat Philoppos observasse Boream nubes in Italia collectas in Africam vehere, & ideo imbrium ibi causam esse, unde Statium dixisse *Italos imbres in Africa pluere*, VIII. Theb.

—tanta quatitur nec grandine Syrtis,

Cum Libye Boreas Italos niger attulit imbres.

Et Lucanum lib. IX. ubi Africam describat, eleganter cecinisse *nostris serenis*, id est *Italis*, quia Romæ scribebat, Africam fecundari:

Libya quod fertile terra est

Vergit in occasus : sed & hac non fontibus ullis

Solvitur : Artoos raris Aquilonibus imbres

Accipit, & nostris reficit sua rura serenis.

Vide quæ de hoc argumento disputat erudite plura in laudato libro.

152. Bene Barthius emendavit, *Romuleis famulas usibus aptet aquas*. Et sic editio Parisiensis in veterum poematum $\sigma\mu\lambda\sigma\eta$. Apposite Plinius in Pænegyrico : *Nonne cernere datur, ut sine ullius injuria omnis usibus nostris annus exuberet?*

166. *Non possum sicca dicere luce vale.*] Durum est sicca luce pro sicco lumine & hoc pro sicco oculo. Nic. Heinsius conjiciebat *sicca voce hoc est voce sine lactymis*, non possum lactymas comprimere, cum dixerò, Vale.

168. *Rufus Albini gloria viva patris.*] De hoc titulus apud Gruterum, sed quem emendatiorem sic leges:

DD. NN. VALENTE ET VALENTINO AUG. RATORIBUS SUIS.

CEIONIVS RVFIVS VOLV.*. * SI

ANVS V. C. ET. INLVSTR.*. * IS

EX VICARIO ASIE ET CEIO

NI RVFI VOLVSIANI V. C.

342 JOAN. GEORGII. GRAEVII.
ET INLVSTRIS. EX PEFECTO. *. *PRE
TORIO. ET. EX PEFECTO VR. *. *BIS
ET CECINE LOLIANE CLARIS. *. *SI
ME ET. INLVSTRIS FEMIN *. *E
DEAE ISIDIS SACERDOTIS FI. *. *LIVS
ITERATO VIGINTI ANNIS EX P. *. *...

* ERCEP
TIS TAVROBOLIS VIARAM CONSTITV. *.
* II

ET CONSECRAVIT X KAL. JVN. D. N.
VA. *. * .. * LEN
TINIANO AVG. IIII. ET NEOTERIO
C. *. * .. * CONSS

Emendationem hanc debes Viro Illustri Mar-
quero Gudio, Regi Daniæ à Consiliis, qui olim
ex schedis suis eam mecum communicavit.

190. Quaque duces oculi grata regione fruuntur.]
Restituit Livineius ad IV. Propert. el. 10.

Qua reduces oculi grata regione fruuntur,
Ostenditque re librariorum culpa in que mutatum
non uno exemplo. Reduces oculi sunt qui saepe re-
spectant, & Romam quasi redeunt.

230. Qui pastoralis nomina fronte gerit.] Nihil sani
elicias ex hac scriptura. Barthii explicatio est ἀγρο-
δίωνος. Manus Rutilii videtur fuisse:

Qui pastoralis nomina fronte tēgit.
Qui sub habitu pastorali Deus est. Moschus de Jove
in Taurum ob Europam versio.

ἄρπυιὸς θεῶν, καὶ τρέψῃ δέμας, καὶ γίγνεται τὰς ὄψε-
Tege Deum, & nutria corpus, & esto taurus.

Ovid. v. Metam.

Et se mentis superos celsæ figuris.

Pisce Venus latuit. Idem VI. Metam.

Addidit, ut Satyri celatus imagine pulchram

Jupiter implevit gemino Nyctæida fatu.

Idem in Acheloi fabula:

Quid fore te credis, qui falsum versus in anguen

Arma aliena moves? quem forma precaria celat.

232. Hoc Inui castrum fama fuisse putat.] Erravit
hic

IN RUT. ITIN. ANIMADV. 343

hic Rutilius, & Servius, cujus locum avertit Casta-
lio. Nam Inui castrum non esse in Etruria, in qua
ab utroque ponitur, sed in Latio Virgilio, præcorum-
que scriptorum aliorum gravissimorum testimoniis
ostendit Cluverius, in Etruria vero fuisse oppidum
Castrum novum dictum, quod hodie vocetur S.
Marinella. Errandi causam dedisse, quod in hoc
tractu apud Cære oppidum cultus fuerit Sylvanus,
qui idem fuerit, qui Pan, Faunus, Inuus vide
Cluver. lib. II. de antiqua Italia cap. 2.

263. Ardua non solos doceant miracula Graios

Auctorem pecudem fons Heliconis habet.] Hic

locus pessime acceptus est cum à librariis, tum ab
interpretibus. Messallam, de quo loquitur fuisse Præ-
fectum prætorio Arcadio & Honorio Imperantibus,
recte ad Symmachum observavit Juretus, & ad Si-
donium Simondus, viri doctissimi. Is Messalla
tribus millibus à Centumcellis remotum agrum ha-
buit, in quo dum taurus validiore impetu terram
pede quatit, scaturigo serventium aquarum erupit.
Talia fere commemorantur de thermis Carolinis,
quas Carolus IV. dum forte cervam confectatur,
primus animadverterat. Quia vero is fons in agro
Messalla fuerat eodem modo apertus à tauro, quo
Musarum fons ab equo, Messalla homo doctus, &
Musarum cultor singularis, quatuor versus thermis
præfixerat, quibus hanc aquarum eruptionem non
tantum cum Hippocrene comparat, sed & fontem
suum blanda quadam & ingenita elegantioribus in-
geniis ambitione, fontem Heliconis vocat:

Auctorem pecudem fons Heliconis habet.

Nam interpretes, qui hunc versum de Hippo-
crene intelligunt, non animadvertunt, si id sit, duo-
bus distichis idem dici, ineptissimam esse ταυτο-
λογία, ac Rutilio indignam. Dein quis unquam sa-
nus generosum equum Pegasus vocet pecudem.
Quare certissimum est, hunc versum Ardua non so-
los, cum tribus sequentibus, ipsius Messallæ esse,
eisdem scilicet qui thesmarum, quas ut modo si-
gnifica-

344 JOAN. GEORGII GRAEVII
gnificabam, Messalla fontem Heliconis vocat,
postibus affixi intrantes delectabant, exeuntes præ
legendi voluptate remorabantur, ut Rutilius ceci-
nit. Quare non eo loco, quo jam leguntur, sed
post v. 270;

Postibus affixum dulce poema sacris.
Collocandi sunt. Totus igitur locus hoc modo
legendus est:

*Qualis Agenorei rapturus gaudia furti
Per freta virginum sollicitavis onus.
Hæc quoque Pieris spiracula comparat antris
Carmine Messalla nobilitatus ager,
Intramque capis, di sedentemque moratur
Postibus affixum dulce poema sacris.*

ARDVA NON SOLOS DECEANT MIRACV-
LA GRAIOS
AVCTOREM PECVDEM FONS HELI-
CONIS HABET.
ELICITAS SIMILI CREDAMVS ORIGINE
LIMPHAS
MVSARVM LATICES VNGVLA FVDIT
EQVI.

*Hic est qui primo seriem de Consule ducit,
Et quæ sequuntur. Plana nunc sunt omnia, &
elegantia. Eadem opera Messallæ suos versus, poetæ
sententiam, carminibus ordinem suum restitimus.
Ceterum non dissimilis arguta est epigrammatis
incerti auctoris de Neronis spectaculo, qui Pas-
phaen à tauro initam in scena exhibuerat.*

*Iunctam Pasphaen Dictæo, credite, Tauro
Vidimus. Accepit fabula prisca fidem.*

Nec minus elegans est & argutum Epigramma,
quod in fontem resonum, qui est in Diœcesi Pa-
derbornensi, pepigit magnus Princeps, & sapientif-
simus Episcopus Paderbornensis & Monasteriensis
Ferdinandus Furstenbergius, ingenti bonorum
omnium, inprimis cultorum optimarum artium,
quarum unicus erat in Germania Mæcenas, dolore
nobis ereptus acerba morte:

Ten-

IN RUT. ITIN. ANIMADV. 345

*Tenoburgensis silva radicibus ortum
Qua irahas & resonis nomina debet aquis.
Arte scitens mira pelagi nunc more frementiis
Æstuat, alterna nunc silet unda vice.
Et pede decurrit liquido dum proxima sensim
Per cavā labentem saxa resorbet humum.
Mox eadem urbes subter tellure recentes
Colligit, & largas aucta refundit aquas.
Ne jactes Arethusa tui miracula fontis
Sola, etiam nostras fama loquetur opes.*

Extat in Monumentis Paderbornensibus, ab Illu-
strissimo Episcopo positus & editis, de quo verius
dicas, quam quod de Messalla scripsit Rutilius: Hic
nuper rexit Diœcesin Paderbornensem & Monaste-
riensem:

*Sed menti & lingua gloria major inest.
Hic docuit qualem poscat facundia sedem,
Ut bonus esse velit, quisque disertus erit.*

354. *Nec quæ Sardonio cespite massa fuit.*] Est hic
mei vitium. Græcis Σαρδόνι. Itaque legen-
dum Sardoo, ut paulo ante scripsit:

Sardoam Lepido præcipitante fugam.

Semel tamen iterumque apud Græcos Σαρδόνι
legitur, sed Latinos tertiam ante ultimam corripere
non memini.

421. *Cognomen versu Veneris carissime Rusi
Illo te dudum pagina nostra canit.*] Non est
corruptior locus in hoc poemate, sic autem refin-
gendus est:

*Cognomen versu, Veneri carissime Rusi,
Illo dudum pagina nostra canit.*

Optat in præcedente disticho totum Volusiani
nomen ponere, sed id modum syllabarum non fer-
re, & tamen inquit, *dudum* illud innui, versu nimi-
rum 168:

*Rusius Albini gloria summa Patris:
Qui Volusi antiquo derivat stemmate nomen.
Illo versu est rudi & inculato, indocto. Gell.
xvii. cap. 5. Sed enim beneficos liberalesque dixerit,*

no-

346 JOAN. GEORGII GRAEVII, &c
neque aliusmodi isti sunt quam cuius esse eos supra dix-
erat. Illotus quod ajunt pedibus & verbis reprehendi
doctissimi hominis orationem. Auctor declamationis
in Sallustium : Neque enim qui ita vixit ut tu, aliter
ac tu loqui potest ; neque qui tam illoto sermone utitur,
vita honestior est. Sed hoc in loco illotus sermo est
turpis, obscenus.

444. Quisquam sponte miser, ne miser esse queat.]
Imitatus est Martialem ;

Hoslem cum fugeret, te Fannius ipse peremit,
Hic, rogo, non furor est, ne moriare, mori ?

LIB. II.

12. Pisano portu contigit alta sequi.] Scribendum,
ut ratio loquendi flagitat : Pisano è portu contigit
alta sequi. Leve hoc est, sed vitiose tamen sic scribi-
tur in omnibus editionibus, nec monuerunt inter-
pretes.



TH.

THEODORI J.
ab ALMELOVEEN
SPICILEGIUM NOTARUM

In


RUTILII
FRAGMENTUM.

SPICILEGIUM NOTARUM

In

RUTILII

LIBRUM I.

4.  *Il unquam l. e. q. sine sine placet*] Amoris desiderii explicat naturam, quæ nunquam satiantur quantumvis longo tempore; quapropter paræmico loquendi usus est genere, quod occurrit apud Pers.

Sat. III.

— Nunc nunc properandus & acri
Fingendus sine sine rota.

6. *Nasci felici qui meruere solo.*] Felicissimos prædicat quibus nasci contigit in regione tali quæ viris culta fuit eruditissimis, scætetque sapientissimis à quibus regionis omniumque hominum pender vera felicitas & beatitudo; tales olim habebantur multæ provinciæ in Græcia, Italia, imo Ægypto, aliæque in orbis terrarum partibus sitæ; præcipue autem & urbes, quas inter omnes famigeratissima semper Roma fuit, unde & vers. 11. felices etiam exclamat qui vel proxima primis munera erant adepti, obtinuerantque Latias domos.

9. *Semina virtutum demissa & tradita cælo.*] Elegantissime Socrates apud Platonem in Menone pag. 99. Tom. 11. ed. H. Steph. *Ἀρετὴ ἢ ἐν ἐπιφύσει, ἢ ἐν διδασκαλίᾳ, ἀλλὰ θεῶν μορὰ παρὰ γένεσιν, ἀὐτὸν γὰρ, οἷς ἂν παρὰ γένεσιν, ἰ. e. Virtus omnino neque natura neque disciplina institutis ullis atque doctrina extiterit: sed divina cujusdam sortis numine, absque humana mentis providentia atque industria, iis accedit quibus accedit. Innata autem ea semina dicit*

P 2

Seneca

Seneca Epist. 108. *Omnibus enim natura fundamenta dedit, semenque virtutum.* Quintil. Instit. Orator. lib. 11. cap. xx. *Ei si virtutes sunt ad quas nobis etiam antequam doceremur, initia quaedam ac sermina sunt concessa natura, ut ad iustitiam, cuius rusticis quoque ac barbaris apparet aliqua imago.*

34. *Ei desideris reddere vela.*] Ita plurimæ editiones, sed male; rectius Castalionis, *addere.*

35. *Iamjam laxatus cara complexibus urbis.*] Castalio legit *laxatus* quod minus placet quam *laxatus*, siquidem planior sensus est, *laxatus* enim *curis* dicit Cicero; sed legere nonnumquam volui *luctati* quod opponitur *vincimur*, quasi diceret, diu postquam sumus *luctati* complexibus, tandem vincimur; & ne absurda videatur nostra lectio, scias Plinium dixisse *luctari* *complexu*, quem potuit imitari. Posses sensu bono legere *laxatis*, optimo fortassis *laxati*.

36. *Ei serum vix toleramus iter.*] Referrî potest vel ad nimis diurnam à patria absentiam quæ indigenam suam revocatur, vel quæ verisimilior sententia, ad tempus hybernum, quo iter demum hoc suscepisse videtur. Autumno enim, qui mobilitate fugæ tutior ei habebatur, adulto, navem ascendit, uti ipse 187.

*Et jam nocturnis spatium laxaverat horis
Phæbus chelarum pallidior polo,
Eunclamur tentare salutem, portuque sedemus;
Nec piget oppositis otia ferre moris,
Occidus infido dum sœvit gurgite Plæus
Dumque procellosi temporis ira cadit.*

Quare autem hanc potius viam quam terrestrem elegerit, ipse hisce versibus rationem reddit.

*Electum pelagus, quoniam terrena viarum
Plana madent fluviiis, cautibus alta rigent.
Postquam Tuscos ager postquamque Aurelius agger
Peypassus Geticas ense vel igne manus,
Non sylvas domibus, non flumina ponte coercet
Incerto satius credere vela mari.*

43. *Crebra relinquendis infigimus oscula portis.*] Osculum

culum ab ore ita dictum, velut à suavitate suavium teste Nonio Marcello atque Festo; habitum semper fuit civilis honor, (Drusius Observ. l. II. 16.) atque signum summæ observantia & amoris, quo quavis nos persequi, cui illa figuntur, ostendimus; quapropter ea rectissime officiorum (Donat. ad Terent.) & Religionis (Serv. ad Virg. Æn. 1. v. 260.) dicuntur. Non mirum itaque quod non solum hominibus, verum etiam rebus inanimatis, & sæpe abjectissimis, humilitatis signum ut ostendatur, ea solemus infigere, quod summa in consuetudine antiquis fuisse ex eorum monumentis colligere licet. Romanis, Græcis, quin & Hebræis ritum osculandi discessuros communem fuisse patet Genevæcæ. xxxiv. 55. I Reg. xxx. v. 19. 20. Unde osculari pro valedicere apud eos reperiri observavit Drusius (Miscell. Cent. 1. c. 60.) Perfas cognatis discessuris oscula dedisse Xenophon l. 1. de Cyri instit. autor est. Romani vero religiofiores in hisce haberi possunt, cum eos oscula à foro redeuntibus præbuisse apud Casaubonum in notis ad Sueton. l. 1. c. 13. animadvertimus. Pluræ de osculis qui velit legat Jacobum Lydium Flor. Sparf. ad Pass. 1. c. p. 19 & seqq. & qui nimis prolixè fere eam elaboravit materiam, Martinum Kempium, operis polyhistorici de osculis dissertation. xx. quæ est de osculis valedictoriis.

46. *In quantum.*] Quod Latine dicatur *in quantum* toto capite LXX. Conjectaneorum adstruit Ptolomæus Flavius. Macrob. Saturn. 1. 2. *in quantum* potero animo repetam.

50. *Non procul à cælo.*] Tempora plerumque in loco excellentiori quam domus collocabantur, unde & cælo erant quasi propiora; prima enim urbis pars in vallibus, palatium vero in monte erat positum uti ad Virgil. Æn. 1x. v. 244. notavit Servius.

52. *Sospes nemo potest.*] Romanæ poëta alloquitur, quam se semper carmine frequentaturum ait, & addit, nullum sospitem posse esse immemorem;

352 SPICILEGIUM NOTARUM
at qui nasum habet, videbit continuo *τὸ Σοφῆς* à
mala manu esse: lego,

Hospes nemo potest —————

Hospes felicit qui Romæ habitaverit, ut ipse,
Gallia enim oriundus Romæ urbis præfecturam ad-
ministravit, & ibi defedit. *Cuperus Observ. lib.*
xi. c. 6.

64. *Profuit injustis te dominante capi.*] Castalio
invictis legit quam geminam lectionem dicit *Sitz-*
mannus, non video tamen quare rejicienda lectio an-
tiqua siquidem *injustis* Epithiton potest attribui
gentibus incultioribus adeoque injustis. Nobilissi-
mus Nicolaus Heinsius in notis, ad Claudianum pag.
184. emendari vult

Profuit invictis teque domante capi.

68. *Aneadum genetrix.*] Locis à commentatorib.
adde Aufonium.

*Orta solo, suscepta solo, patre edita caelo,
Aneadum genetrix, hic habito alma venus.*

73. *Inventrix olea colitur.*] Minervam olea in-
ventricem dixisse veteres, multis scriptorum locis
in *Onomastico Rerum Inventarum*, probavimus, Dio-
dorus tamen Siculus Bibliothec. lib. i. Mercurio
tribuere inventionem videtur.

73. *Vini repertor.*] Consule, si tanti putas, no-
strum *Rerum Inventarum Onomasticon*, ubi brevissi-
mis verbis multa de vini repertore, ejusque Com-
mixtione comprehendimus.

76. *Et Alcides nobilitate Deus.*] Alii *mobilitate*,
quam magnanimitatem interpretatur Barthius, nobis
videtur melior lectio *ferocitate*, quoniam Cicero
ferocitatem & *audaciam* conjungit, quæ utraque
Herculi conveniunt, utpote *audax* & *ferox*, præ-
sertim si *τὸ δὲ δ' αὐτοῦ* Alcides sit dictus, autore Ser-
vio ad Virgil. *Æn. vi. 392.*

82. *Nullum viderunt pulchrius.*] De urbe Roma
evidentissime Horatius l. iv. *Carm. Sæcul.*

*Atme Sol, currum nitido diem qui
Promis, & selas, aliusque & idem*

Na-

IN RUTILII LIBRUM I. 353
*Nasceris: postū nihil urbe Roma
visere majus.*

97. *Aërio pendentes fornice rivos.*] Consule, si
vis, viri doctissimi Raphaëlis Fabretti dissertationes
de aquis & aquaductibus veteris Romæ. Nos quoque
pluribus hæc conabimur exponere in commentario,
quem de *Balnei Antiquorum* paramus.

102. *Cons. toros celsa lavacra lacus.*] Putem Ruti-
lium non tam ad illa respexisse lavacra quæ apud an-
tiquos in superiori parte domus erant constituta,
quam quidem ad externam structuram quæ præalta
ut majestatem opulentiam atque superbiam condi-
toris ostentaret, conspiciebatur. Debebat tamen, si
vel ipsum lavandi locum inspectes, ædificium esse
altum atque spaciosum, cum quod multos possent
capere homines, tum quod vapor & halitus ex aqua,
unguentisque exhalantes præsentibus non essent of-
fendiculo. Celsus locum describit lib. i. c. ii.
*Exercitationem recte sequitur modo unctio vel in sole,
vel ad ignem: modo balneum, sed in conclavi quam
maxime & alto, & lucido & spaciōso.* Sed nos pluri-
bus hanc materiam sumus exposaturi in commenta-
riis nostris de *balneis Antiquorum* brevi, si Deus ita
voluerit, edendis, in quibus non tantum balneo-
rum Thermarumque structuram exteriorum interio-
rioremque, partes, instrumenta, delineabimus,
verum etiam mores, & qui ad lavationem perti-
nent, ritus describemus. Sed cohibuit nostram di-
ligentiam aliquatenus Doctissimus Zimmer-
mannus, si quidem ille in Francofurtensi Cata-
logo opus simile promisit, quod videre dudum
desideramus. Mirandum est, & sane quam maxi-
me, quod, cum multi quasi per transennam tran-
surrentes viri eruditissimi quadam de balneis di-
xerint, uti sunt Rosinus, Ciacconius, Stuk-
kius aliique plures, nullus hætenus sit repertus,
qui ex professo hanc materiem, aliquantulum ple-
niore commentario absolverit. Zitzmannus in suis ad
hunc Rutilii locum notis mentionem facit clar.

Dravet

Draveti, viri mihi ne nomine quidem cogniti, elegantissimorum de hac materia librorum prodendodorum, sed non crediderim in lucem exiisse. Medice autem de balneis atque Thermis permulti scripsere, quorum libri uno in opere Venetiis edito existant, & ex Lindani libro de *Scriptis Medicis*, à Mercklino renovato nomina cognosci possunt. Sunt alii, quos, dum scopum nostrum non spectant, silentio præterire satius ducimus.

134. *Solaque fatales n. v. colos.*] Lege potius cum *Castalione colus*. Sic enim libro II. v. 56.

Et plenas voluit præcipitare colus.

161. *Vitam componere terris.*] Id est mori in patria terra. Ita Virgilius componere usus est pro finire. *Æneid.* 1. v. 378.

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Sic dicimus bellum, *lites, fluctus* componere uti passim apud auctores.

187. *Occidua infido d. s. g. Plias &c.*] Veteribus in more fuit hyberno tempore naves in littora reducere, neque ante Plejadum ortum i. e. vernum tempus demittere, ne maris savitia interirent, quapropter & stellæ hæ navigationis tempus indicare dicuntur. Isidorus Originum lib. III. c. LXX. ita eas describit: *Plejades à pluralitate dictæ. Sunt autem stella septem ante genua Tauri, ex quibus sex videntur: nam latet una. Has Latini Virgilius dicitur, à temporis significatione, quod vere exoriuntur. Nam occasu suo hyemem, ortu æstatem primæque navigationis tempus ostendunt. Quæ verbotenus fere ex Servio (ad Virgil. I. Georg. v. 133.) desumpsit, uti & alia quemadmodum demonstrabimus cum observata in eum autorem luci sumus exposituri.*

188. *Procellosi temporis ira.*] Ira sapissime rebus tribuitur irrationalibus & inanimatis, uti mari, fulmini, uti sapius Ovidius & alii.

204. *Vel quia fingit amor.*] Publius Syrus; *Aman. quod suspicatur, vigilans somniat.*

208. *Palladium.*] Varios extitisse *Palladios* certum est, uti recte notat Sitzmannus, sed quisnam hic sit, quem Rutilius indicet, nondum liquido constat. Videtur tamen verisimile, illum fuisse, quem fratrem suum vocat *Symmachus* lib. 1. Epist.

94. Quem eundem arbitratus sum aliquando *Palladium Sophistam*, cujus commentaria in Hippocratis libri VI. *Epidemion* existant, quam in opinionem me hæc *Symmachii* verba duxere;

Sed tempestive Palladii Rhetoris nostri.

declamatio auxilii paginam. &c. Citantur ejus *Palladii declamationes* à Photio in Bibliothec. p. 166. *Suidas* addit eum de festis Romanorum scripisse. Sed de *Palladio* hoc latius inquiremas in opere de *Medicis Antiquis*, quorum vitas, uti quidem promissere, utinam edidisset *Thomas Reinesius*, aut hodie ederent *Henricus Meibomius*, & *Egidius Menægius*, viri hæc in studiis versatissimi.

230. *Qui pastorali nomina fronte gerit.*] Veteres, qui singulis fere corporis humani partibus Deum assignarunt, Frontem Genio sacram dixerunt, quapropter Deum venerantes frontem solebant tangere, quod posset haberi signum humiliationis, siquidem pudoris sedes, quam nonnulli in oculis posuere, habita fuit. *Plinius* autem lib. XI. c. 37. hanc *justitiam, hilaritatis, clementiam, severitatisque* indicem dicit. *Christianos* antiquos testatur *Lactantius* (lib. IV. c. 26. *Epitom.* c. XI.) frontibus olim signatis fuisse. Sic & *Prudentius* Hymno IX. v. 84.

Pange vexillum, notatis quod resulget frontibus.

Notavimus alibi meretricibus nomen è fronte pependisse, sed fateor me nunquam hæc de hominibus nedum de diis observasse, quapropter legendum autumo,

Qui pastorali cornua fronte gerit.

232. *Hoc inui castrum.*] Recte observatum est ex verbo inui *Casparo Barthio* dictum hunc Deum ab invidiis animalibus, quod nomen Græcum est teste *Servio*. *Arnobius* armentorum pecudumque gregibus præpositum dicit. Dicitur alio nomine *Faunus*,

quin & Pan, uti eleganter, quemadmodum & hystoriam, exponit Macrobius Saturnal. lib. i. cap. 22. cuius hæc sunt verba: Pan ipse, quem vocant Inuum, sub hoc habitu quo cernitur Solem se esse prudentibus permittit intelligi. Hunc Deum Arcades colunt *Ἰνὸς τὸν ἄνθρωπον*: non Sylvam dominum, sed universæ substantiæ materialis dominatorem significari volentes, cujus materia vis universorum corporum, seu illa divina seu terrena sint, componit essentiam. Ergo Inui cornua barbaque proluxa demissio naturam lucis ostendunt, qua sol & ambitum cæli superioris illuminat & inferiora collustrat unde Homerus.

Ἰνὸς τὸν ἄνθρωπον φέροι, ἰδὲ βροτῶν.
Quid fistula vel virga significant superius in habitu Atinis expressimus. Quod in capra pedes desinit, hæc argumenti ratio est; quia materia, quæ in omnem substantiam Sole dispenjante porrigitur, divinis de se corporibus effectis in terræ finiur elementum. Ad hujus igitur extremitatis signum pedes hujus animalis electi sunt quod & terrenum esset, & tamen semper peteret alta pascendo, sicut Sol vel cum radios superne dimittit in terras vel cum se recolligit in montibus vistrur. Hujus Inui amor & delicia *ἰνὸς* creditur nullius oculis obnoxia: quod significat harmoniam cæli, quæ Soli amica est, quasi spherarum omnium de quibus nascitur moderatori; nec potest tamen nostris unquam sensibus deprehendi.

242. Fancibus artatis.] Perinde est qui legas, artatis an arctatis, veteres quippe artare & arctare dixere, ita ipse. 317.

Transversos colles bis ternis millibus artat

251. *Gustū amaro.*] Non assentio Castalioni explicantī Marino, quamvis lūdorū (Origin. XIII. c. 14.) dicat: *Proprie mare appellatum eo quod aquæ ejus amaræ sint.* Malim vero amaræ quævis ingrata atque injucunda significare. Sic enim noster autor tempestatem amaram dixit: Lactantius I. v. 11. c. 16. De indicis diei novissimi: *Fontes quoque cum fluminibus arcescent, ut ne potus quidem suppetat: & aquæ in sanguinem aut in amaritudinem mutabuntur.* Et Epitom.

c. III.

c. II. Celsus vero lib. vi. c. 5. *mel amarissimum* pro acerrimo dixit.

257. *Excussis pugnam p. glæbis*] Ita Virgil. Eclog. III. vers. 86.

— *pascite taurum*

Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam.

280. *Suspecto trepidant hostia parva.*] id est festinant, ita Virgil. *Æn.* IX. v. 114.

Ne trepidate meas Teucri defendere naves.

i. e. Ne festinetis uti Servius explicat, & Nonius Marcellus c. i. *Quid autem hostia parva sint non recte percipio, horia legi posse censebat Petrus Ciacconius, quod est genus navigii, Græce dicitur ἀλία in Onomastico. Stephanus Navicula, cymba, ita etiam Hesychius Ἀλιάδες, πνεῦσιν αἰσίδα.* quod convenit cum nostro auctore qui paulo ante;

Progredimur parvis per littora proxima cymbis,

Quarum perfugio crebra pateret humus.

De hoc genere navigii vide Bayfium de re Navali, pag. 98. ed. St.

284. *Pineaque extremis fluctuat umbra fretis.*] Describit umbras arborum in mare usque fuisse productas. Ita Aufonius in Mosella. v. 190.

— *Frondere videntur*

Fluminei larices, & palmire confusus amnis.

Quis color ille vadis, seras cum protulit umbras

Hesperus & viridi perfundit monte Mosellam?

Tota natant cri spis juga motibus, & tremit absens

Pampinus, & vitreis vindemia target in undis:

Adnumerat virides derivus navita vites,

Navita Candiceo fluitans super aquora lembo,

Per medium qua se amni confundit imago

Collis, & umbrarum consinia conferit amnis.

300. *Qui gessit sociis.*] Barthius Adversar. L. VI. c. 26. in vetustissima editione sociis legi ait.

313. *Nec dum decessis pelago permittimur umbris*] Fortasse elegantius leges discussis.

314. *Vicino vortice.*] Veteribus namque opinio erat ventum è maris motu oriri; uti notat Servius

ad

ad Virgil. *Æn.* vers. 23. Seneca vero N. Q. & Isidoro Orig. XII. c. XI. aër commotus & agitatus dicitur, Barthius legendum putat *verrice*, quali de Argentarii montis vertice proveniens, quæ Poëtarum fuit opinio.

315. *Tenditur in medias mons Argentarius undas.*] Poët Populonium statuo Cherronesum ingentem, seu promontorium in mare excurrans, quod *Montem Argentarium* vocant, cui uno in latere D. Stephani Opidum altero portus Herculis. Annius *montem Volcentarium* appellandum contendit, ab urbe Etruscorum *Volce*, quam Antoninum & Catonem adserit memorare, quæque vicina ipsi fuit Promontorio, nec procul Roseto, ut Volaterranus perhibet, nunc propemodum extincta tota, *Voce*que dicta, pro *Volce*. Addit Annius Voculam *Vol*, antiquissimum & priscum significare. *Ce* vero, vel *Cem*, nihil aliud esse quam *Æs*, aut *Argentum*; hinc *Montem Argentarium* nunc pro *Volce* vocari, seu corruptione seu interpretatione. *Merula Cosmograph.* Part. II. L. IX. c. 6.

316. *Ancipitque jugo carula curva promit.*] Omnes fere editiones habent *curva*, Leander emendat *levi* mutatione *rura*. Eleganter, ni metri obstaret ratio, legeretur *cava*, sic enim Ennius in *Menalyppe* apud Macrobius Saturn. vi. c. 4.

Lumene sic tremulo terra, & cava carula candens

321. *Dispensia rupis.*] *Dispensium* dicitur via obliqua & quæ per ambages aliquo ducit, sic *Luca-nus* lib. VIII. v. 2. *dispensia sylvæ* dixit.

322. *Nec sinuosa gravi cura labore caret.*] Fateor hæc me non capere. Loquitur enim se circumvehi *dispensia* sparsæ rupis atque itineris varietate, modo secundo, modo adverso uti vento; quo itaque referendum hæc verba sunt non video, facile autem si legeris.

Nec sinuosa gravi cura labore caret.

Quod optime congruit, siquidem vitantes extensas rupes, sæpius cursum raris debuerit flectere, id que

que etiam propter sinuosâ rura, id est curva, quæ effugere labore gravi non caret; accedit, uti dixi itineris flexus qui spiramina totiens mutantur, sed dicit aliquis nimis longe me recedere à literarum ductu, si ex *cura* faciam *rura*, mihi id equidem non videtur cum Leander paullo ante ex *curva*, *rura* fecerit, ubi illa vox *curva* glossa fuit textui inserta, loco vocis explicatæ, numquam enim littora non sunt curva & sinuosâ *Valer. Flaccus Argonat.* l. II. v. 451.

— *Dum littora blando*

Anfractus sinuosa legunt. & lib. III. 277.

It gemitus toto sinuosa per aquora calo.

Claudian, de bello Gildanico insulam sinuosam.

Humana speciem plantas sinuosa figurat

Insula

Posses etiam legere.

Nec sinuosa gravi terra labore caret.

325. *Eminus Egilii siluosa.*] Reusneri edit, *sinuosa*.

328. *Sive loci ingenio.*] *Ingenium* antiquos dixisse pro *Natura* ex Nonio Marcello, non modo citat Guilielmus Fornerius *Selectionum* lib. I. cap. 2. Sed multis exemplis etiam probat, quæ notanda essent iis præsertim medicis qui verba prout offendunt, consueverunt interpretari.

337. *Tangimus Umbronem non est ignobile flumen.*] Illud describit *Merula Cosmogr.* Part. II. lib. IV. cap. XI. *Qui, inquit, Umbrone, vulgo, Umbrone* (alius ab eo, qui ad dextram Arno jungitur) est apud Plinium, Antoninum & in Itineraria Tabula; *supra* Stephano; ex montibus oritur inter *Senam* & *Aretium*, supra *Ascianum*, juxta D. *Guifmetii Castellum*que novum. — Augetur fluvius cum aliis, tum in dexteriore quidem ripa *Arbias*, qui in montibus supra *Castellinum* ortus, *Historiis florentinis* celebris, *Tressam, Saram, & Silam* recipit; item *Mersa*; in sinuatiore autem *Orcia*, quem *Astus, Formoque, & alii* ingrediuntur.

354. *Nec qua Sardonio cespite.*] *Nobilissimus*

Nico;

RVFIO VOLVSIANO.
V. C.
CORRECTORI CAM
PANIAE.

Vide quæ ad hanc inscriptionem multa erudita
concessit solidissimus in istis literis TH. Reinesius.
Adpend. 22.

555. *Exiguus rerum rectores.*] Olim male *Regum*
rectores. Videturque vulgatum illud imitatus,

Romanos rerum dominos.

Rutgerf. *Variar. Lect. III. 7.*

609. *Non olim.*] *Lege namque olim male enim*
vulgati codices. *Vossius de Arte Gramm. II. 2.*

LIB. II.

19. *Inveniet quernæ similem.*] Rationem ob quam
Rutilius Italiam assimilaverit quernæ frondi redde-
re mihi visus est Laurentius Pignorius Symbolar.
Epistoliar. Epist. xi. *Et profecto*, inquit, *Observa-*
tum mihi est veteres consuisse res minus notas notiori-
bus assimilare, eo consilio, ut per eas res, quas Natura
vel Ars frequenter pariunt, infrequentes res innotes-
cerent. Exemplo sunt Europa & Lybia quas Avienus
Nunci pineæ comparavit.

Aquus utrimque modus protenditur ut simul
ambas

Si conterre sibi quisquam velit, una parumper
Ut credatur humus, mediique interflua ponti
Subtrahat exemplo quali nux Pineæ forma est.

Singula versanti talis succedat imago

Europæ & Lybiæ.

Item Peloponnesus Platani folio, apud eundem A-
vienum

Insula se rursus Pelopis visentibus offert,

In-

IN RUTILII LIBRUM II. 363
Insula quæ Platani folio compar sedet . . .
Pontus Euxinus Arcui Scythico apud Pomponium Me-
lam lib. 1. c. xix. India Rhombo, eodem Avieno teste
—— Latera agris undique in Indis
Quatuor esse tene: cœtant tor & anguli ab omni
Parte sibi obliquo claudentes extrema terræ
Ceu species Rhombo est.
Montem Calpen urnæ similem facit antiquus Gramma-
ticus ad Sat. xiv. Juvenalis.

F I N I S.

ERRATA

v. 205. pelagi ter

v. 401. referat.

v. 563. regia tecta.

L. II.

v. 45. ipsetimeri.

Cetera, quæ minoris momenti supersunt B. L. facile
poterit corrigere.

~~269~~
267

H-94058

НБ ОНУ імені І.І. Мечникова

НБ ОНУ імені П. Мечникова

НБ ОНУ імені І.І.Мечникова